Amplificationis nomen videtur esse satis clarum: nam se ipsum applicat amplificationem à oe augentum quoddam significans. In re est dilatatio dicti v sensus per plura dicta v sensus materiae accommodos. Dixi materiae accommodos sensus quae ad amplificationem adhibere nefas est imptinentes tam dictiones quam sensus.

Amplificatio haec triplex est alia est verborum: et quidem unius verbi pluribus verbis dilatatio.

Alia sententiarum et quidem sensus v sententiae alicuius pluribus sensibus dilatatio

Alia rerum et quidem congeries eruditionum servientium ad dilatos sensus. Et haec non differt à copia rerum.

§ 2dus.

Proponitur primus amplificationis modus per synonimiam. Mitto amplificationis preludia. Per quae paratur ingenium ad difficiliora, ut sunt amplificatio per casus grammaticos, quae est dictionis Principalis in sententia repertae per nominum casus variatio, at et haec sine synonimia saltim verborum recte absolvi non potest, amplificatio idem per grammaticam regulam quotiescunque nempè per additionem substantivorum substantivis seu propriorum seu translatorum. Item per additionem adjectivorum iisdem substantivis utque: Ingens meritorum suorum magnitudo: pro magna merita. Hoc quid est ampli-

ficationis genus ad magestatem orationis conducit, et usitatum ciceroni id quia difficultatis nil habet tantopere intermittendum censeo. Amplificatio item per tempora et modos eadem fere arte tractatur qua et amplificatio per casus; nisi quod hæc verbum ducat per tempora illa nomen per casus. Id neutra ex his sine amplificatione synonimorum bene absolvetur, hunc ergo unum inter amplificandi modos pono, sine quo, nulla amplificatio alia absolvi potest.

Dixi superiori parte synonimiam esse duplicem alia verborum, aliam sententiarum, ita et hic dico amplificationem per synonimiam esse duplicem alia verborum alia sententiarum. Verborum est unius vel plurium dictionum, aliis aliisque dictionibus idem significantibus explicatio. Sententiarum synonimia est totius sensus alio et alio sensu idem significante expressio. Hinc.

Quæres 1mo quomodo fiat amplificatio verborum per synonimiam sensuum. Et illam fieri si plures dictiones coacerves idem significantes, cum dictionibus in sensu ad amplificandum proposito. Potes autem dictiones illas accipere sive proprias sive translatas. Dictiones propriæ accipi possunt tum ex Patre Cnapio tum ex gradu

ad

ad parnassum tum ex ingenio.

Illustro exemplo doctrinam. Sit amplificanda haec sententia Juvenalis: Nemo malus felix Synonimas dictiones dictioni nemo invenires, nullusquis, ille non etc. dictioni malus invenires scelestus, improbus criminis conscius, flagitiosus etc. Dictioni felix invenires, fortunatus opibus affluens dives etc. tum sic amplificares:

x Nullum felicem scelus fecit: improba conscientia fortunatus evasit nemo quis ille flagitiorum suffragio ad honoris evectus culmen? non est cui crimen purpura sternerit, fasces dederit, fortunamque obsequijs manciparet.

Nota synonimiam verborum fieri posse non tantum per verba verbis singulis explicata, sed etiam periphrases, et in parte sima habes modosque alios variandae orationis ibidem paragraphos expressos.

Nota idem synonimiam quae verba verbis reddit utilem esse ad exaggerationes, sive laudi, sive vituperio servientes: docent passim exempla sparsa per libros, utriusque hujus notati exemplum habes in superiori praxi. Addo aliam sententiae Juvenalis:

x Mulier Tygryde peior Malitiam foeminae

depinat Tygrys maculis, quin ira. Illa bellua mitior e
excadescentis fœminæ furore, sed hæc feritate illa superior.
Fragilis sexus hic, nunquam robustiorque cum sevit
hircanas etiam vincit Tygrydes sed vi iracundiæ Jam
actas rabiæ nemetuè Indæferas: peius tibi malum domi,
mulierine ad speculum quidem mitescet. Iram
Tygrydis vitrum franget: cicurabit furentem ars:
Mulierem quis? peior e Tygryde.
Accipe et aliam praxim in sententia amplificata
x Ciceronis: Magni interest, quosquisque audiat quotidie
domi, quibuscum loquaris à Puero. Summi momenti
res e cui præceptori præbeas aures Puer, quos dicendi Ma-
gistros habeas, ut loquaris rectè. Dives ætati fu-
turæ paras ærarium, si ille sermo pueritiæ linguam
instruat, cui præterea virtus facit. At egestas probitatis
timenda si dictionum copia, integritatis inops fuerit.
Alexandrum promittat tibi summa ætas? Aristotelis smitte
manui indolem ut magnum formet. Beati felici Ma-
gisterio anni illi, quorum summa balbucies etiam erran-
te lingua à virtutis recto errat minimè. Omnis
recte invivendi ratio sive proiecta mens, in crimina
à teneris edisci auctore pio v scelesto etc.
Quæres 2do quomodo fiat Amplificatio per Syno-
nimiam sensuum R fieri illam per coacervationem

sensuum

sensuum plurium idem significantium qui sensus quamvis quoad voces videantur aliquid aliud significare quàm sententia amplificanda in re tamen omnino eundem habens sensum. Sed quaeres, unde hi sensus synonimi sunt desumendi ℞ docui in parte sma ubi de oratione varianda per synonimiam constructionis, deinde p. aequipollentiam trophos sententiarum et figuras. Deinde dico sensus synonimos formari posse per conglobatas definitiones, per contraria, partium enumeratione etca de quibus inferius. Per hos enim amplificandi modos synonimia effusa est. Accipe huiusmodi amplificandi praxes.

Amcā v.

Non eadem omnibus decora. Faustinius.

Nascimur sub eodem Caelo: nec tamen eadem Caeli clementia nobis nascitur. Omnis idem Phaebus respicit at sereniori alios oculo, lippo alios illos suae lucis ignibus et deplorandam facit nobem. Ita radiorum gratias spurgunt soles, ut candore alios depingant idem felicem naturae calculum, adiciant, alios nigra aspergant caligine, idem atro charactere ab omni p scribant decore. At non demigraverint aliorum nomina: ingens tamen liberalitatis discrimen faciunt v in scintilla: hos meridianae lucis auge

donam, satis illis crepusculum. Nunquam eodem vultu sive naturæ sive fortunæ respicimur: tot plane recensebis diversam decore faciem quot homines censebitis.

Qd ct.

Imprecipiti est voluptas — — — Seneca

Quo loco voluptati aulam erigis Sibarita? planum fugit, humilem cibum non incolit erige in præcipiti; erexisti amatam Regiam, summa sublimiu juga occupat ne desit quo semper ruat. Illa namq; e dissolutioris vitæ indolis, alta amare, excelsis immorari. quin immorari nunquam cui quies est, inpræceps casus obscura loquor, addo facem. Solitarium timet scelus incedere non imparem sibi aulum quærit, comitatum scribit ne una tantùm malitiæ viciet scientiam. Nemo improbus uno crimine satur dixit ubi unum sapuit tota orexis invasit viscera, non priùs famem sacrilegam oppressura qm dum mihi de scelere superfodit. À scelere in scelus non descendis; sed volas: gradus n habet nequitia, cui ruit inpræceps: at habet

terminu

terminum, nefas omne, violentas non expectes manus, quibus ꝑtrudaris à peccato in peccata: saxo Sysyphi gratiꝰ pondꝰ e', crimen in abyssum flagitiorum suos impellit Sysiphos. Hæ libidinis e' gloria, hæc culpæ insolentia inpræceps volvere, quos involvit aliquando.

3ª ꝑ

Formam pudor honestat. — — Curtiꝰ

Deformis e' vultûs elegantia, si se in illo n' depinxit verecundia. Quid veneris faciem laudibꝰ fasti committis? impudens e': nisi ꝑ ideo sæpia amori debuerit qd exul fuerit omnis ab ore rubor placet narcissi. Virgineus candor ingemiscat regnat in corde virtutis murex medullam floris coronat pudor. E mortue virtutis frons, qm solꝰ honestat pallor. Tam ꝑpè putedinem e', qm longè à virtutis purpura. Ipsa sibi forma decꝰ n' e' ab animo ornamenta requirat, si culta videri quærit. Thersiten aut anguibꝰ distinctũ medusæ caput malo, si mens formosam virtutem gerit, si labia suis distinxit coloribꝰ verecundia qm inverecundũ e' formosũ Adoniden, manũ à tabula apello nobiliꝰ formas pingit pudor penicillo Omni coloris fuco Diana elegantior nihil n' recti habet in cujꝰ genis pudicitia suas duxit lineas.

4ª ꝑ

Virtutis ~~ulterrimũ~~ alimentum bonis. Valeriꝰ maximꝰ

Habet sua obsonia virtus, quæ si sumpserit, Gigas

erit, tam felix alimentum quaeris? honore; hoc mensas instrue probitati fecisti grandem. Suavis et amarus alias integritatis succus quem murex condit et bibit sine nausea reptantem humi virtutem si quis oderit et supra vulnus hanc surrgere optat fasces addat: attollet humeros caput eriget: tantumque eminebit quantum antea depressa serpebat. Curret tenerrimum hoc decus animi si pomum aureum ostenderis: assurget adiecto honoris gradu Huminionem semper age semper Pigmaeum nisi illi liberalis manus aureum Palmum adjecerit. Haec indoles recte factorum et ut auro irridua crescant: haec prelior felicitas, ut virtutibus incrementa dare possint.

5 Fa

Felicitas aliena aviditati exposita — Seneca

Felicitatis infelicitas et invidiam pati: nisi ipsa aviditate sui incensu reponat gloriae, quod pluribus sapiat. Nemo in tam sublimi fortunae gradu stetit ut emulorum livorem excesserit. Ultra hominum sortem feliciate evexit fortuna orbita et felix es: felicior: si et ultra emulorum cupiditatem evecheret. Opum affluentia implevit erraria, auro corruscant conclavia, gemmis distinguis horas, numeras per sceptra avos, ipse purpuratus Pater negdum dives es: in die defectu laboras. Hoc

si monili carueris nidam adorabo. Verum fortuna pinguior alienum appetit nutri cummulato nummo uberum ædis odia, necdum cadaveres: etiam fulfures tibi inhiant, et hæc viventis oculi pupilla, cum adversam sibi fortunam sentit, ac fortunatus n. sit amplam numerare invidiam.

Fel.

Coronas etiam ad impeditos deferre gratia solet. Petronius Tastum deponite erudita capita, ad coronas frontem erigitis? etiam imperitas gratias coronat. Cui favor et fortuna favet. Filosophabant Reges antea ut aurea thænia comas cingeret: ut rubuisset abolla in humeris non unum sudoris cadmum expressit Pallas: hasta prius minervæ ferenda erat quam sceptrum: æstus bellonæ prius quam Serenissimi tituli Martis pilæ quam poma aurea tantis difficultatibus parcit hodie respectum Principis si habes iam imperij habes clavum. Tavmanturgum magnatum amorem puta quod natura et labor negavit tribuit quid? imperitis caput ad coronas. Si quando hic cecget: errat cum in eptis confert imperia. Risimus asinos ad lyram ad ingratiam auribus Concinne sonat rudis fides, placet sonus, solum

Cythæradq hic insidet rudilatis prelium lucraq fa-
sces aureos, et elusit adagium. Nulla commendet
ratio ingenium, exsors sis omnis consilij fortunatus
es, si felix gratiâ: confert qd dare potest n' quod mereris

Tma.

Facilior e turpiu qz honestorum intellectq Favig
Omnis conatus, omnis labor, omnis industria diffi-
cilis e ubi de virtute certaq si p crimine, sine difficili
difficultas e. Rosas calcamq et molli tectas bombi-
ces, semitas ubi crimina insequimur: at sente et
spinas! uti venamur mentis animiq opes Plum-
beum pedem trahimus, in virtutis stadio volamq
ad ditiorum metam. Huc huc scientiarum Magistri
Platones Stabirite Annæi toto agmine præce
ptorum opus habet humana indoles ut sma pbitatis
elementa balbuciat: per devios vitiorum errores cur-
rimq nullo Magistro duce. Nunqz Tyrones hac
in arte adhuc in limine iam Magistri. O! perver-
sa ingenia, o! erebo devota capita mentis obducunt
callum cum recte vivendi præcepta audiunt explicari

surda

Surdâ aure accipiunt virtutis scerta: nullibi minus humana, quam ubi humana maximè esse decet. At acutam illi: cum voluptatis nodos impia manus explicat: adhuc gladijs prædunt verba iam facinora numerant. In tales Gorgios quisque Alexander è quisque incunis adhuc Hercules damnosis colludit anguibus adhuc malo dentato ori iam mala sapiunt: et super virtutē nauseant.

Nota ad facilius accipiendos sensus synonimos optimè servire Allegoriam, quam sic adaptabis et invenies. Vide propositionis amplificandæ sensum v dictionem à qua totius propositionis sensus pendet, tum quære in rebus simile quod propositionis sensui et subnomine translato exprimes sensum dilatandum. Ut habes in immediata amplificatione in qua pendebat sensus à dictione facilior ergo quæsitum è quænam via facilis et commoda è: inventaque illa quæ rosis insternit aut tela bombicina humcque sensum. Facilior è turpium intellectus. Synonimice per Allegoriam redditam hoc modo habes. Rosas calcamus et molli intectas bombicis semitas ubi

crimina sequimur. Similiter reddita e 2da pars sententiae quae difficultatem virtutis per aculeos et sentes explicat. Hoc quidem notandum inter modos variandae orationis per trophos explicuimus sed enucleatius hic placuit claritatis gratiâ apponere. Eodem modo per Antonomasiam eruditam sensus synonimus fieri potest si repereris eruditionem illo vitio v virtute constante quae in sententia exprimis. Ut in eadem habes amplificatione ubi per voluptatem nexum. Posuimus nomen Gorgius et angues Herculis pro ipso voluptates sectante Alexandrum et Herculem sic: In tales Gorgios, quisque Alexander est, quisque in cunis Hercules adhuc damnosis colludit anguibus

§ 3tius.

Das doctrina de periodis et earum partibus. Invaluit apud neo Rhetores artem amplificandi proponere per periodos, cuius amplificationis modi nec Soarius meminit, nec illi ex quibus ille sua praecepta hausit. Non derogo ingenijs, et suis inventoribus, quorum doctrinam sequi nobis olim placuit. Caeterum peri-

odus

odq non facit amplificationem ad illiq cursum et completorum sensuum terminationem requiriz: ut rector v auditor advertat hic sensum terminari. Et illam esse censeo amplificationum quoddam condimentum, non vero amplificationem

Quaeriz 1mo quid sit periodq? R/ quoad nomen e idem qd circuitus sive ambitus sive circumscriptio. Quo ad rem definit illam Cicero sic: e oratio cuiq principium et finis in conspectu e et uno intuitu facile spectari potest. Diciz oratio quia debet habere sensum perfectum diciz principium et finis in cspectu e quia periodus inchoatum sensum ita debet claudere ut ad sui intellectionem non requirat ulteriore sensum: et auditor ubi principium audivit periodi etiam ad conclusionem eius attentus e, ut sensum inclusum intelligat. Unde clarius sic definiri pote oratoria periodus e oratio quae ita habet sensum cpletum ut nullo alio commate indigeat ad cplecionem sui sensus auditoremq reddit cntentum perfecto sensu

Quaeres quodduplex sit periodus R/ esse duplicem juxta observationem Rhetoricam alia 1mae divisionis alia 2dae.

Quaeres 3tio quodduplex sit periodq in 1ma divisione R/



esse quadruplicem: scilicet et alia monocolos, seu uni-
membris: quae uno membro constat, alia Dicolos, seu
bimembris quae 2obus membris constat: alia tricolos
seu Trimembris quae tribus membris constat: alia
Tetracolos seu quadrimembris quae membris 4
constat. Unimembris exemplum accipe. Habent
suos Patronos crimina. Bimembris. nunquam tot ppu-
gnatores sui virtus numerat, quod crimen amatores
sui censet. Trimembris. Nimirum nulla foedi-
tas omnibus foetet: suum placet lutum suibus; pla-
cet et suus vomitus canibus. Quadrimembris. At foetes
hominum puta quos scelerum tenet amor, lascivi
unt vermes in putredine cui inhiant cadaveribus
bubones ab omni labe puram quod aquila delectat
Quaeres 4to quoddaplex sit periodus divisionis 2dae
R/ pariter esse quadruplicem. Alia vocatur sy-
notenica, et quae oratio constans unum pluribus membris
syllabas 20 excedentibus Vg. Quid agis flagiti
orum curae omniquam detestandae libidini pernicio
sissime voluptati immersae animae quid agis? latri
nas in sinu foves. Alia periodus et Pneumatica
et quae oratio ita habens membra inter se connexa ut

nullibi

nullibi possit respirare Orator sed totam uno respirio
pronunciare debeat vg: Opudit. ingenia, quibus non
criminum foeditas non flagitiorum faeces, vitiorum
latrinae non ejectamenta libidinis non voluptatis coe-
num libidinis sordes nauseam movent, odia provo-
cant quibus omnis honesti corde excessit amor sub
calces ivit, pteris, conculcas.

Alia est periodica circumscriptio circumductio, eaque
oratio habens similem formam periodo non
tamen servans rotundae periodi leges et ultra
4 membra ascendens Vg: Impudentiam eaue:
crimen amas: heu delirum tibi cor? vetat ratio a-
morem leges humanae vetant minans divinae et quidamas

Alia est Thasis, eaque oratio prolixa habens ita membra
secum connexa ut uno spiritu non possit ab Oratore
dici sed debeat Orator intra sermonis sui cursum
omnino respirare vg Miseram sanè virtutis sor-
tem despici potest, potest contemni: potest suae venu-
statis pretio post habito omni crimine deterior
impietate sceleratior flagitio immanior, omni
foeditate ad nauseam natae, ad inquinandum conscien-
tiae candorem honesti perniciem, animae tabem
proiecta censeri: potest omne probus virtutis mereri pretium.

Quaeres 5to quae sunt partes periodi. R. partes periodi esse incisum et membrum. Porro incisum est pars orationis brevissima sensum aliquem exhibens vg. Criminis foeditas, insolentiae fatuitas, foedae et fatuae menti placet. Incisum non plures habere potest syllabas quam 10 potest autem usque ad unam decrescere. Membrum vero seu Colon est pars orationis sensum aliquomodo perfectum exhibens ita ut plenior illius sensus dependeat vel à sequenti vel à praecedenti membro vg. Ita virtutis studio incurbat honesta indoles ut prorsus vitia oderit.

Membrum duplex est aliud scholasticum quod 2dum leges scholasticas formas: nempe quod 20 syllabas habet vel 10 saltem. Aliud vulgare sed non attendit ad leges scholasticas dummodo habeat verbum cum suo casu tale membrum potest esse in 2abus dictionibus vg. Scelus odimus virtute sequimur.

Ad membrum requiri numerum oratorium ut ad periodos docet Soarius in primis Magistris eloquentiae quidnam hic sit et ex qualibus dictionibus parandus et ubi curandus docebit explicatio Soarij.

Membrum et incisum dividunt alij in compositum

periodum

periodum et non incomponens periodum. Compo-
nens periodum est, qd non unum solum ponit sed cum
alio periodum facit vg Nulla foeditas Tutore caret,
nullum crimen sine Patrono.

Non componens periodum est, qd se solo sine alio inciso
vel commate facit periodum vg Vitiorum amor damnosus spe.

Quaeres 6to quid sit incisum dicere? R. est periodum
formare ex pluribus brevibus incisis post quae singula
dicta debet orator aliquantum cessare ad dicendum vg
Pessimè nobis consulimus, fortunae, honori, conscientiae si
flagitijs innodamur.

Quaeres 7mo quid sit membratim dicere? R. est peri-
odum ex membris componere ita ut post singula membra
possit orator respirare vg Plerumque amans vitia
innodans conscientiae flagitijs mens imbuta sibi de
scelere gratulatur.

Quaeres 8vo quando nam orator debeat inci-
sim, quando membratim dicere? R. nullum esse
dicendi genus in quo non possint sive incisim, sive mem-
bratim procedere periodi hic naturae ductus et materiae
exientia spectanda.

Nota ad componendam periodum optimè servire particulas red-
ditivas, ut sunt: tantus, quantus, talis, qualis, tot, quot, ille qui,

ita, ut, si, tunc, ideo, quod, non secus, at, toties, quoties, etc. Quarum si unam posueris altera statim se opptrudit et suggerit ad apponendum sensum ulteriorem vg Tantum in scelere profecisti, quantum satis est ut dicaris nequissimus.

Praxes periodicae amplificationis non appono: cum per periodos fieri amplificatione negavi sed tantum ad amplificationum bonam seriem requisitam dixi: quare et exempla Amplificatarum periodorum in explicatione videbis.

§ 4tus

Proponitur modus 2dus Amplificationis per definitiones sglobatas.

Inter locos intrinsecos, 1mus est definitio ut argumentis eruendis 1mum fontem aperit ita nobis etiam 1mum amplificationis modum per locos intrinsecos.

Quaeres 1mo quid sit definitio R. est oratio per quam explicatur natura rei. Haec duplex est: alia rigorose talis quae explicat naturam rei per genus proximum et differentiam ultimam hoc est per praedicata essentialia rei, et haec est considerationis Philosophicae. Alia est circumscriptiva est quae oratio explicans rem per ejus adjuncta, causas, effectum, usum, proprietatem, etcu Cujus exempla inferius subiciam.

Quaeres 2do.

Quæres 2do quomodo hac solvenda sit amplificatio per definitiones sglobatas R. 1mo per sglobatas definitiones intelligi plures explicationes rei simul positas. R. 2do per definitiones sglobatas fieri sic amplificationem. Vide in ppositione dictionem Principalem, illiusq dictionis reqn significat expende diligenter, examina illius rei adjuncta, quærendo quid sit res illa, qualis, quanta, ubi nascat, commorez, quid faciat cui comodo v incomodo serviat, qd eius pretium, quis usus, etcc tum ex horum singulis forma circumscriptivas definitiones per regulam quotiescunq Gramatica v quasi per Antonomasia vg: Si velles definire gemmam, quæreres quomodo gemma nascat: et inveniresillam nasci inter fulmina, tum ex hac circumstantia definiresillam sic: Fulminum filia: deinde quæreres ex quo nascit: inveniresqd ex gutta roris et definires sic: Pretiosq roris tumulus v Roris alumna v Cæli lachryma. Videres item qd in Mari inveniat et diceres Neptuni opes. Videres item ejq rotunditatem et diceres fortunæ periodq. Item qd coronis inserat diceresq coronar pupilla, ex eo qd alba diceres, innocentiæ Typpq, Pluresq et ejusmodi circumstantias.

indefinitionem transformes faceresq; Amplificationem.
Hoc artificio amplificavit Sydonius hoc nomen Roma sic:
et Domicilium legum, Gymnasium literarum curia dignitatum
Patria libertatis. Hoc modo Cicero Curiam descripsit
oratione pro Milione. Curia Templum Sanctitatis, Am-
plitudinis, mentis consilij publici caput urbis ara Sociorum
hortus omnium gentium sedes ab universo Populo Ro-
mano concessa uni ordini.
Nota 1mo posse definitionem fieri non tantum per regulas
quotiescunq; sed etiam per enumerationem circumstan-
tiarum non transformatarum in ejusmodi constructionem. Ita
Cicero definivit virtutem. Virtus quae in tempestate
saeva quieta et nec jacet in tenebris, et pulso loco ma-
net tamen atq; haeret in Patria nec alienis nunquam
sordibus obsolescit.
Nota 2do definitione rei fieri posse negando de illa,
circumstantias et proprietates illi non competentes sic
definires virtutem vg. Non amas virtutem? illa ne
innocentiae hostis? perditionis semita? improbitatis schola?
conscientiae nemus? fortunae dispendium? honestae vitae exitium. etc
Nota 3tio fieri definitiones posse imo et debere si elegantes
habere

habere vis per tropos, potissimum autem per Metaphora.
Et talem non difficulter compones si rei definiendæ res alias similes inveneris, et eorum nomine appelles rem definiendam, ut habes in definitione gemmæ illud, coranarum pupilla etc.

Nota 4to fieri definitiones posse synonimas hoc est unam definitionem alia et alia phrasi efferendo cum tamen aliquid per conglobatas definitiones dilatas, ne multitudo positarum dictionum definitionum orationi vitium adferat variandus est earum cursus. Variari autem potest per interjectas figuras vg quid complura v negdum omnia v majora dicam etc et deinceps aliæ et aliæ adferri definitiones. Variabis autem ipsas definitiones si alias in casu recto posueris alias in casibus obliquis idque v singulari numero v plurali. Praxim unam et alteram accipe.

1m̄ d.

Fortuna interdum optimos decollorat. Symmachus.

Fortunæ sfidimus multis curarum laborque impensis gratijs huius numinis cum venera in mari optimos quoque casibus felicitatis conclusos fataliter cecidisse intendimus

sereno illi palpebrum, et excecamur, amicimur purpura-
rum gravitate et deprimimur. Rectè dixeris favores
illos speciosum malum, aureum pugionem, adamanti-
nas compedes, dulce aconitum, gemmis distinctum
gladium, fumosum splendorem, virtutis Musciculam.
Dixeris opum frequentiam, bonam entis rubiginem,
hostem amicum, fortunæ fatum, ignominiæ fabrum, pe-
stem benè animatæ inventio mentis. Quid plura? e' qd
tibi ab auro timeas n' qd ames; hoc depravans mores
optimi, hoc integritas laceras, depretias honestum, hoc
plerumq; emis, egestas cœli, pœna immortalis odium
posteror? Optimus es? fortunar? fuge, ut in quilinum sicarium.

Q d d

Egreios invitant, præmia mores — — Claudianus

Quid, aut in stadio Palladis tarditatem, aut segnem in
virtutis Olimpi cursum, aut tædium indolis in laboribus accusa-
mus, nos, nos spedimus excitatos impetus pressa manu.
Præmia virtuti si decrevimus, quis senem tenebit passum?
etiam ipsa desidia torpedo ipsa volabit. Calcar e' animi
merces stimulus ad magna fomes in ardua, projectæ men-
tis fulcrum, emortuè alacritatis anima, pomum Hypomæ

nis

riis, et sterilis plantæ imber aureus. Pigritia laborisq; timor pectus occupet indolis ociosè: porrige aurea in hostem tela, gemmeam sudoris tenian, nervum violati roboris, mentis infirmæ farmam abletarum olem, ne dicam cor porrige præmium: ad omnem gloriæ cursum, omne virtutis studium, indolem erexisti. Nemo persuadet facilius optima, quàm avreghic Orator.

3 Fi a.

Pulchritudo, temporis et morbi ludibrium — — Nasiansenus

Elegantiam vultus, admirabilem genarum cerusam, faciei gratiam exponite narcissi: traiediam in ore age tempus, v infirmitas. Rugas inarabit fronti senectus, decoquet ruina florem, fatalis pallor depellet muricem nativum labiis et forma deformis erit. Non enim venustas oris nulla invictus violentia adamas est, nec incussa fluctibus rupes, non æris simulacrum nec asbestij folium, nec lavrus ridens fulmina nec sidicis filia, aut Olimpi vertex. Quid ergo? vanitatis imago ante lucani roris gutta, crystallus fragilis, floris æmula, umbrarum genus, serenum fulgur, scintilla admodicum fulgens, glaties in æstu, fatorum jocus, et sui ludibrium. Nunquam profecto insolentius ludunt casus quam in corio cerussato.

4 Fa.

Nihil non longa demollit vetustas — — Seneca

Ampithetra Cæsarum Andriani moles Diocletiani termæ, quis vos ruderibus dedit vetustas: vetustas fatali inspersit cinere. O! grandem summorum operum pernicien, O! pretiosè artis latronem, O! malignum dentem! nec saxi duritiem attrivit, nec ferro expugnat. Syderibus inferte culmina excitate turres, nubes excedite sumptuosæ Regiæ stellis et cælo venustatem jactatæ operis: vos etiam tumulus hic manet, vobis inhiat hæc vorax bellua, sitit vestri casu hic heluo. Quidenim illud senium est? virium erugo, tinea robustæ molis, immortalitatis opex, rubiginarum artifex, casuum machinator, fatorum emissalius, omnis mali compendium et sigillum. Audi jacentium pergamorum voces, sui lapsus accusant vetustatem, et disces nihil non longa destrui vetustate.

Hic amplificationis modus, quem in exemplis audisti et vidisti tractari potest fusius, nempe si ipsas definitiones amplificaveris. Hinc.

Quæres 3tio quomodo definitiones amplificari possunt? Rs amplificari illas posse si rationem des cur sic apellasti rem aliquam. ratio autem desumenda est per circumstantia definitionis: hoc est si definirem per illius effectus rationem dabis ex aliquo loco intrinseco vg. consequentibus vel ex loco alio

sic

sic definires peccatum dicendo labes animæ ratione
dares à consequentium enumeratione quia maculatam
conscientiam peccato horret cœlum, odit Deus, exclu-
ditq; à sua gratia, si autem definires Metaphoricæ,
rationem dares v. à simili v. allegoricam: hoc e' explican-
do convenientiam rei definitæ, ut illa re per quam definis
vg. Si idem peccatum definires e venenum animæ ratio
esset quia sicut venenum vivit moriz ita qui peccatum
admittit in anima occidit animam. Allegorice dilata-
res si in explicatione definitiones transferres dictiones
à re simili ad rem definitam vg. Peccatum e spina conscientiæ
quia pungit et omne honestum expungit nunquam hic aculeus
sine vulnere versas, æternos dolores ciet.
Potest autem ratio definitionis dari per conceptus et in-
geniososusus de quibus nunc docebis.
Nota definitionem dilatare posse n'una tantum ratione,
sed plurib9, ut fiat uberior Amplificatio. Praxes accipe.

Amicus

Strangulat inclusus dolor — — Ovidius
Gravis doloris ictus e: at feralis e! si animo premas.
Vitæ damna quærimus, solicitamus mortes, quoties ve-

vetamus mentis angustas exire in publicum. Suffocat dolor; nos strangulamur: premit ille! nos opprimimur: ille strimit! nos fatorum vinculis compedimur. Quid istud Mysterij intestinum vulgus est, inclusq dolor, oculis se subducit, et medicae subduxit manui: sentiri potest, sanari non potest. Dissimulatum virg illud serpit per medullas, corrodit viscera, pure cor inundat, ut putrina vfragio sorbeat vita. Heu qr saevg mortis ille volus! ut digeat muta facientibg agnibg digerimur, interim; opulenta prandia è nobis facimg cibo illo, cibusq est et fatalis obsonator. Nunqr in pure flamma hanc insepulta cineribg servamg: haec ferales nobis rogos excitat hac urimur, et in pulveres desidimus. Lachrymas pluvia illa tanto aestui exitiosam intra oculos sistit: et eo insolentius nos depascit qd sibi abundis timeat. O! dira pressor luctum silentia quibg discimg mortem loqui

2 d a

Dolor disertum facit — — — Ovidig

Digito obsignet ora Narpocrates: linguam teneat stupor: muto lapide concrescant labia: faciet diserta dolor. Optimg ille dicendi magistere; etiam silendi arte professos, docet facundiae,

sui

sui copia verborum facit copiam mutuus ipse. Tardior sub Magisterio Aristotelis Alexander ad loquendam concinne, quisque subluctus fetula: proficit ita ut non docentis duntaxat dictionem, sed ipsum loquatur Preceptore. Et voce hic premere gravior labor est, quam in verba solvi; accedente hac cordis lingua: jam geminum dicendi instrumentum versamus ore: alterum natura dedit, erumina alterum: utrumque ita sonat, ut feriat aures audientium, non tamen verba cudat. Non licet sub prælo mentis, silentiarium esse: tanta violentia premunt fibræ tanta necessitate torquent sensus intimi, ut prope homo integer, vox sit una. Redde ex sanguine cadaveri sensum, adde dolorem, clamabit. Docet hic falaris luctuose suos mugire juventos.

3tia.

Adversæ res admonent Religionum. — — Livius

Si supra fata semper stamus, si ad arbitrium nostrum fortunæ orbita se volvit semper, si felices semper dicimus, nunquam sancti vivimus. Casus Pietatis Parens est, pulchras animi dotes gignit, virtutes jactat, Religioni suavis, nihilque amaroris habet, præter nomen. Cælo nascimur, si morimur felicitati: si nobis felicitas expiravit Quid

[illegible] infortunij aculei: calcar dies, quo pigre in virtutis semi-
ta excitans mentes, quo labsæ purgans ut surgant animæ,
perniciq; cursu metas, astra teneant. Dicas duces ad regiam
superorum errantibus per devia criminum severa manu
porrigunt, importunè affligunt et opportunitatem faciunt
divina scandendi conclavia. Dica clavi ad optima:
si ferrea est! non alia ad opes recludit atitum. Emendabis
mores improbos hac plaga ictus et insolente proiecta in o-
mne dedecus indoles, exarante arrepto mente coërce-
bit hoc frenum, reddet composita virtuti.

4ta.

Multum mali in exemplo est — — Cicero

Solitarius crimen non incidit! unum est: sed multo infar-
tum scelere. Flagitiosum facimus tot scatet criminibus,
quod sui sequaces corrumpit: ubi semper animos jactatum mul-
tiplicant vitiosè sementis naturam induit, purissimos
agros inficit, et sibi similes metit manigulos. Omnis aper-
ta nequitia pestis est: si acclavi integerrimum pectus reddit
lacerum totq; mortalitatis conclavi censebis, quod expirasse
virtutum anima numerabis. Quoties peccata vides serpere,
toties putabis Pœnum flagitiorum cirum ferri; numerosa delicto-

rum

rum supellex quamvis indolem jugulat, dissipat deploratas opes illas, et miserent, qui has avara legit manu. Trojanum aequum fudit erebq in exemplis, quo facilius invicta Carthagine accipiebaz, et mille viris armata viscera: faciant virtuti excidium. Non aliud impia facta sunt, qm medusae vultus: cui dedisti oculos verecundam perdidisti frontem: in sepulchrale virtutis saxum diriguisti. Veneratus hic verme totus quem suo halitu non infecit. quin non interfecit. habet virq illud nocendi necessitatem corrumpendi consvetudinem, perimendi voluptatem, et nqm impunè tangiz. O! qd meliores vixissent Regnis cives! si exempla duces in scelera exclusissent, si pugionem excussisent illi sicario.

5 Fa.

In mortuo vita discitur? — — — Divq Ambrosiq

Etiam emortui cineres Magisterium agunt: qm n' habent, docent vitam. Facunda sunt illa fatorum silentia: dictant rectè vivendi Praecepta, mores instruunt, carpunt vitia, et Athenas excitant in sepulchris. Quid terimus volumina, aut per doctas academi Sylvas erramus? eruditioris compendium cadaver est: uno intuitu discimus,

qd longe non didissemus studio; scilicet bene vivere.
Tot habet Orbis Joves, qd in ossuarijs erosa jacent capita:
singulis Sanctior Pallas nascit: scribit in ferali ta-
bula integritatis animi artificia. Habet sub ferali mir-
to Doctor hic sua folia; erudita certe! funesto quidem
notans charactere: sed candore morus his leget qui
scire quæsiverit. Mortuorum conclavia despecta
nollint: hic Phitagore schola e' tacendo perora, instruit:
non pigeat Discipuli subire nomen, si non pigeat lau-
dabilia facta transferre in animum; qdqd laudabi-
les vitæ viros audimq, qd sanctitatis miramur prodigia,
qd insolitæ virtutis Heroës legerunt rudimenta se-
pulchrali saxo, surrexerunt viri felicis Pyrrhæ la-
pide. Naturæ debent quos vixerint facundæ morti,
qd sanctæ vixerint. Nimirum ferali arena pollimur, vitæ
rubiginem eradimus. Phœnices nascimur è cineribus
Nec solum hoc artificij genere dilatari possunt Senten-
tiæ verum sensus etiam, quos v in laudem v invitu-
perium alicuius formamus. Potissimum autem in
gratulationibus salutationibus alijsq civilibus orationibus
locum habet hoc amplificationis genus, nempè: si illum
quem salutas v cui gratularis etc definiveris ipsasq
definitione diduxeris modo dicto. Praxes accipe.

ama

A PAT CC.

Laus Strenui Militis.

Arenam deseruisti martis non prælia: supersunt hostes, qui te impedunt postqm omnes triumphasti. Linguam et calamum tibi stringimus: ne qd acumen tanto Heroi deesset opponat livor. Fecisti tæcæ fortitudinis exemplo, ut Nobilissimor Ducum Idea censeris: ipsa Bellona; madente cruore, hostili ense, in te depinxit Militie imaginem: et in Martis ara poscit Antema numini, posteritati in exemplar. Legimus ex tuo vultu gradivum, annibalem ex consilio: Herculem ex manu: Hectorem ex animo: ex felicitate armor Macedonen: totum pectore scludis Bellatores: et compendium esclavarum. Perfumosas exterorum imagines Herou oculum nemo ducat, tuæ virtutis umbra sunt, te unum vidisse satis ut militem quis spiret, tam ampla e tibi bellicæ virtutis anima: Gradivum belliq; numina sileat fama: tu mihi triumphorum numen: ꝛ si fide damus eorum artifici vetustati, Tu Martis, Tu Bellonæ Filius etcc.

Ima

Laus Senatoris

Ad Patrem Patriæ accurrunt Filij: et ita communi, ut suo etiam acclamant Patri. Applaudit fortuna felicitati suæ, qd te ad trabeas pvexerit: tibi Patritias subponit curules, adsternit muricem, diciq; debes ipsiq fortunæ felicitas. Quid vero animi, purpurato huic accenseri cetui in te sua defigit vota, in te oculos, qd frontem pceruz intelligat. At parum e Senatus frontem te dici: caput es illius coronæ, quin mens capitur; quidquid seu dixeris, laudas: seu consulueris ut Apollinis oraculuz accipis, in saxeis notas tab ellis immortalitatem meritq sævo cum ita Senatus et fortunæ encomia audis, accusant murices suum sibi ereptu decus. Tu purpuras ponis, tu addito sanguine rubore depingis coccinuz qd flos sis purpurarum. O! quæ regno solatia! audit te in summo honoris stare, et se casibq cepit erigere, piectam fortunaz attollere, calamitatibq ad visuz terræ caput sublevare: securuz, non amplius tentari ruginis cui tu columen accessisti etc. Adverde tum in his tum in superioribq praxibq, modum tractandæ definitionis, n' soluz quo ad dilatatio

nez

nem, sed etiam illius collationem in periodo. Non
e necesse ut semper definitionem ponas in principio
periodi: sed potest illius prius amplificationem ponere,
ipsam vero definitionem in fine quasi pro ratione. Item
ne semper eodem modo currant definitiones, illas
debere variari per varias figuras, tunc oratoris ars
sit non postrema suum celare artificium, ne facile
ab Auditore advertas.

Quaeres ultimo si quidem in definitione Rhetorica,
ponis frequenter nomen apellativum pro nomine proprio,
et nomen proprium pro nomine apellativo quo differt defi-
nitio à tropo Antonomasiae. si quidem et illa ponit
nomen pro nomine. Rp quia in Antonomasia cum ponis
nomen appellativum pro proprio v nomen proprium pro apel-
lativo, non debet illud nomen in oratione poni pro cuius
expressione utor alio nomine; iam enim non esset Anto-
nomasia pro nominatio, quia loco nominis nil pone-
ret, sed apponeret unum nomen alteri nomini v.g.
si diceres peccatum e macula animae non esset An-
tonomasia quia non pro nomine peccatum ponis ma-
culam animae Antonomasia esset si diceres, Ma-
cula animae ingratam Caelo facit animam. Iam vero

definitio Rhetorica fit per appositionem nominis explicandi. Deinde quia per definitionem explicatur natura rei non vero per Antonomasiam.

§ 5tus.

Proponitur modum dilatandi per Antonomasiam. 3tium amplificationis modum facit Notatio nominis: de qua. Quaeres 1mo quid sit notatio nominis. R. et vocis alicuius explicatio. Differt à definitione, quia definitio rei essentiam explicat, iam notatio ipsam vocem rei. Quaeres 2do quod modis fiat notatio nominis? R. illa fieri modis pluribus. 1mo si dictio aliqua simplex videatur esse composita ex 2bus aliud significantibus à dictione simplici, per illasque explicetur vg. atramentarium et dictio simplex et videtur esse composita ex duabus diversis, nempe: ex dictione arma, et mens. 2do si dictionis derivatio investigetur, et per id nomen explicetur, à quo derivatur. Sic: consul derivatur à consulo senatus à sonio. 3tio si dictiones aliquae similes habeant syllabas vel fere plures easdem habeatque in pronunciatione convenientiam aliquam. Ita dictio ferrum habet conve

nientiam

nientiam in syllabis cum dictione ferq, ferox unde ferrum p ferotiam explicari potest. Ita Cic: nomen verres per verbum erro explicavit inquiens. Quid inqr judices cuiq modi everriculta in ulla Provincia fuit 4to si dictiones latinisatæ hoc e alteriq idiomatis in latinum admissæ p significationem Græcam v Hebream explicet v aliam. Ita Iozephq explicat accrescens Iacobus, Filiq tonitrui. Teofinus neo dilectq. 6to fieri potest notatio p Anagramma ex variatione literarum novam dictionem sponentium. Ut Roma amor Maro mora armo

Hac posita notationis explicatione eiqq modis, in amplificatione sic pcede: dictionem quæ principalis e in amplificando sensum accipe, faciliq explicationem p modum aliqr ex dictis v p omnes sic potes: ipsiusq notationis circumstantias, effectq, virtutes, applica dictioni explicatæ, desumendo ex illis rationes ad amplificationem servientes v synonimis seensibq fracta: v per acumina v p sparationem v alio modo. Praxes accipe.

Amica

Juventus inconstans est.

Ventis juventutem componimq: qd ergo in hac n leve?

morum requirimus maturitatem, operum gravitatem, ad omnem moderationem animos compositos; audis se dicet regulam vivendi? ponimus, et sub eodem pedes æstimamq evros. Poterat maris petulantia vinculis coërcuisse. Persarum Princeps in aquilones, virgæ Regiæ ne quidem ausq et tædere, timuit ne inanne feriret, et plagis n̄ responderet gemitq, et qd peccatum insolentiq et ne non fugeret inconstantia. At ꝛmam ætatem graviori supercilio et manu præmamus, qd conatus ꝓficit? Aquilones stringimus n̄ restringimq. Palmares illos carceres, qm̄ facilè patiunt, tam facilius non sentiunt. Legibq circumscribite Salones Juventutis mores implete volumina placidis Licurgi. Pt ateat oculis codex, ludet folia hic Aquilo: scribitis in Sephiris characteres. Plumbo ducta lumina, vinculis Sanatorum pedes leneat: volabit hic Icarq per aëra juventus: et qd ventis affinis sit, tanto facilius illi serviunt.

2d d.

Mundus diversorium vitiorum — — Seneca

Paradoxum est immunda mundities, mundus et vetus. At credite dixit Philosophus, dixit Magister

Cæsarum

Cæsarum, dixit Seneca. Pulchrum sane vocabulum orbi dedimus: cætera feces sunt et nausea; heu quàm falleris! quisquis ad decus seu nominis, seu virtutis mundum adhibes: omnis illi nitor in crimine, omnis venustas in flagitio splendor omnis in animar fulimine. Malè mores sæculi conveniunt cùm nomine intestino quodam præmio dimicant; tituli claritudinem vitiorum umbræ impugnant: unaq; hæc nox e, quæ luce non exstinguit. Hic Cimmericæ tenebræ debellant serenum, solaq; discordia se commendat sæculum; lucem sine luce habet, munditiem sine munditie. Ita pinpingunt Cygni quibus penna nive candidior: caro erebi foco nigrior: ita se declamant insulæ fortunatæ felicitatis nomine inscribunt, et rudè saxum censent in ærario. Nihil n' immundi in mundo e: negas? diversorum e vitior.

Dulce bellum in expertis. 3 Fig. — — — — Seneca

In bella paramus indolem: hæc sequimur, et bella nobis sunt, si negdum vulnus prævibavimus. Invitamur ipso nomine qd quidam bonitatis fucus condivit; at venusta hæc spetiosa eos potè fallere, qui in fatali acie nec

1mo quidem pede tetigerunt mala. Credimus pulchro vocabulo, ut in turpe discrimen vitæ ducimur? ludit oculos prœliorum species; mox expressura lachrymas; ita ut capiant naves, canunt Syrenes: ut hæreat in hamo piscis pingui bolo induit: nisi ferales mensas bellarior immagine mars depinxisset, n̄ invitasset appetitum: meliores ambrosijs illæ epulæ his qui ne 1mis labris gustarunt absyntia. Nec tamen ab omni extorris pulchritudine bellifucus: plurimum decorrupta vulneris habet, pallidum immiscuit candore rosis olent inexpertis. Quin verò nihil in bello elegantiæ: pingi nollet, nollet alienos colores adscire si pulchrū esset. Nota hoc amplificationis modo scribi posse orationes civiles, non eleganter si nempe feceris nominis explicatione illiq, cui gratularis ꝛ quem salutas ꝛ aliquo alio applaudis genere, illamq; explicationem tuo applausui accommodes, ut verò copiam sensuū in tali oratione habeas inde quali dictione explicas nomen tum illiq dictionis per quam explicas ꝯsidera adjuncta, ut sunt: locq, tempq, figura, color, pretiū etc. Item effectq et quibq usibq servit, item eruditiones aliquas, adagia, symbola etc.

Et hæc omnia sub quadam specie allegoriæ in orati-
one tractabis, faciesq; cultum satis sermonem vg. si
Floriano diceres orationem explicares per flores
dictionem, hic considerares adjuncta floris vg. qd cultior
in hortis nascat, qd in vere, qd sit animus purpureq;
alias candidus, qd ex illo medicamenta parent. De-
inde Hesperidum hortos, nomen Florentia, insulas
floridas etc. His ergo omnibus benè accommodatis,
orationem conscriberes, artificio, talium oratione perspe
cto de quo alibi.

Nota 2do in ejusmodi explicationibus nominum fugi-
endas esse leves cogitationes quæ n' orationi solum verum
et oratori vitium ferunt visum vero audiendi et vacil-
lantis Judicij censurum. Praxes accipe.

A M̄ A.

Gratulatoria Floriano.

Floribus tibi inspersit lucina nomen: nos animum plenum
lilijs plantis adicimus. Veris beneficia ut Patricæ, ita agris
Tullij spiras et quos conspexeris, tuo honori se explicantes Flori-
anos facis. Inscriptis Regum nomine floribus erudita vernent
folia, n' in fascijs legerunt titulos; tuæ gentis cunas, tantùm

non coronis imperialibus inornatas habes; at habes rosarum pictas muricis, imaque tibi crepundia, non herba, sed flos erat purpurarum. Facies Regni Phœbo de te cupidia fascis auroras Patriæ honoratis epulis, qua virtutum, qua meritorum, qua sermonis elegantia: nihil illis floridum est, quod non à Floriano venit. Expecta gratiarum hortos aut floridam in tuo limine videbis, aut ~~horum~~ cornu copiam. Quamquam in Floriano habes omnia: unicum tamen tibi deesse volumus, ne florem vitæ singulæ carpant horæ.

Gratulatoria Joanni.

Vivimus annum gratiæ sub tuo nomine. Ipse Charites tibi posuêre cunas: nec magis te fasciis infantem illigarunt, quam nos tibi. Primum caput non licuit tibi in orbem ferre, nisi gratioso nomine coronatum; et discimus te, non alio potuisse Patre nasci quam Jove. Habet quod invideat orbi nostro Græcia: citra fabulas te Patria Joannem, te gratiam in lucem dedit. Nec à solo Joannis vocabulo tam divum nomen habes; priùs gratiosus eras, quam Joannes dicereris. Risit Polonia, cum imas vidisse in tuis cunis lachrymas, gemmas vidit; et linguam movente gaudeo, dixisse debuerat Joannes nomen eius. In gemmas liquescebat infans tuus oculus:

quare.

quare incunabula ipse tibi sternebat unio, sic nempe recumbunt gratiæ. Inquid tanto Numini applaudentium dabunt vota? dedit et Teocles templum unum tribus gratiis. Tu tot habes aras qd tuo honori et stamus et cadimus Oratores.

46

3tia

Gratulatoria Petro.

Petra firmasti nomen, ut votorum scopulum haberet Orator. Fortunata hæc nobis jactura, quos tanto casu excedis ut tuisimus; nec attolli possumus sublimius, qn hac abjectione: ex his fragmentis Humanitatis integritatem lecturi. Honori nostro hoc vulnus poscimus, quo egregiè ipsa nobis consuluit felicitas; possumus in partibus multiplicari cultores tui; tu potes aperti cordis legere candorem; iras qui meruit Cæsaris, bilem Principem intra mella suæ fortunæ posuit, qd dignus, ferre acriq Imperatoris supercilium; quo Petræ, tuis plantis scilicet allidimur lapsu, firmum felicitatis nostræ surgit argumentum, qd non ad rude saxum, sd Petrum adamante impegerrimus. Non unius fortunæ radius laboravit Illustrissimis titulis, ut lapidem elaborasset adamantem. Admitte pretiosis pedibus inculta Oratoris vota v retrude nidæ calcem habes facies adamantina.

Oratio Gratulatoria Josepho Palatino.

Crescit ad Josephi nomen suada, quamvis usque ad plantas tuas decrescat Tullius. Sed Antaei cadimus, post casum rubustiore stilo tibi assurgimus: illi proiectas vires terra Parens in Herculem restituit: tu puppura te Pater, depressa in te Alcide erigis ingenia, sed pro te certatura. Non sinis Palladem humi repere: aureos exsudas imbres, quo surgat celerius et cultiorem se sistat Poloni orbis oculo. Jam Jovem suum te minerva censebit, imo Diviniore Jove Patrem: quod tantum planta possis, quantum toto cerebro Jupiter vix poterat. Verum attollas Tulium, quantum ipse accrescenses: caput a tuis pedibus non movebit, satis crevit, si ad tuas plantas potuit decrescere.

§: 6tus.

Proponis amplificandi modus a partium enumeratione. Modus hic amplificandi ut amplissimus est, ita oratoribus usitatissimus. Amplissimum dixi: quia non tantopere desudandum super sive rerum sive verborum congerie ad amplificandum necessaria, cum ipsae partes enumeratae aliae et aliae utrumque suggerunt. Tum quia per hunc modum fiunt narrationes sive Historiae sive Historicae pariterque descriptionis.

Quaeres 1mo. quid est partium enumeratio? R. est alicuius in suas partes divisio seu est explicatio totius per partes suas. Porro totum illud est quod

constat

constat partibus omnibus ad suum esse necessarijs.

Quaeres 2do quoddupliex hoc totum et Rp totum esse multiplex. Aliud Physicum qd habet partes de facto unitas sibi per unionem veram Physicam: ut est Homo, Vos, animus etc. huius totius partes sunt quae spectant ad rei essentiam quarum si una auferatur res tota destruitur et vocantur essentiales tales partes in homine sunt corpus, anima, et unio: harum si v unam destruas homo destruitur: Aliae sunt partes quae integrantes vocantur: quarum si unam sustuleris tota res manebit sd integritas destruetur. Ut sunt in homine: manus, pedes, oculi etc.

Aliud totum est morale seu aggregationis eque plurium rerum seu ejusdem generis seu diversi congregatio v cumulus Ut est exercitus: latinus strues Thesaurus etc.

Aliud est totum Logicum eque nomen universale continens sub res particulares tanquam partes sic: nomen virtus nomen est commune, habet sub se partes justitiam, prudentiam, temperantiam etc. In tali toto, et amplificationis modo includitur amplificatio per genus et species.

Quaeres 3tio quomodo potest absolvi amplificatio per partium enumeratione? Rp in propositione amplificanda, videat

Orator utrum sit dictio aliqua totum aliquod ex-
primens tum si reperit ejusmodi dictionem partes eiꝰ
enumeret et singulis applicet prædicatum illius
ꝓpositionis. Porro in quavis ꝓpositione duo sunt con
sideranda Oratori: nempe, subjectum seu res de
qua aliquid dicitur: ad prædicatum, qd de alio dicitur.
Subjecto ergo in partes diviso addat prædicatum a-
lia et alia phrasi expressum Orator et habebit
amplificationem. Vg sit sententia lucrum ex
cellere arca infortunij. In hac ꝓpositione subjectum
est lucrum: reliquæ dictiones sunt prædicatum, lucrum
est quodam totum. Divide in partes: vg honorem, fa-
mam, amicitiam, opes, etc. Singulis addo prædicatum sic:
honor excellere acquisitꝰ, arca est infortunij; fortuna excel-
lere acquisita, arca est infortunij: fama excellere arca est in-
fortunij et sic de reliquis. En habes rudem massam ampli-
ficationis huiꝰ, quam si Rhetoricæ excolueris, elegantem facies.
Nota, ut ampliorem tibi materiam amplificationis facias
posse imo debere singulas partes, synonimicè dilatare: id
autem sic absolves. Considera uniꝰ partis adjuncta: et signa aliqua
tum etiam, signa et adjuncta prædicati et hæc inter se ingeniosè
combina ita tamen ut illa adjuncta habeant aliquam
inter se convenientiam et relationem ut vg in subjecto
exemplo; nam pars erat totiꝰ: lucrum honor: considerares
eius signa, nempe fasces, secures, purpuras, coronas, solia, etc.

considerares

Considerares huius prædicati infortunium signi: ut sunt cædes, mortes, paupertates, despectus, ignominia etcum tum combinares unam circunstantiam honoris, cum alia. Vg fasces cum cedibus, secures cum vulneribus etc: ut ostendet praxis. Accipe 1mas praxes ex Classicis authoribus. Cicero orationem pro lege Mannilia hanc propositionem Pompeius summus est Imperator à partium enumeratione amplificat sic:

viribꝰ, ad Troja totiam decennij petiꝰ, nedum capis illud.
Hoc genere eruditi styli cultã ꝓponunt sententiã. Hanc senten-
tiam simplicem: Habet Patria et Cives probos et ꝓdiores esse-
res erudite. Habet suos quovis lacium Catilinas, habet et
suos Ruffos.
Ita in sua Lechiade Pater Gnes hanc ꝓpositionem. Contempti
amores, sæpe degenerant in odia, excludit. Sæpe exrejectis Jesen
sind Thedis, furiarum faces accenduntꝰ. Sæpe gradivꝰ Tales-
sio pronubo Junoni Bellona succesit: Sæpe Jovis nostri arma in
virtutem Danaes ferro impetrant: cupido sæpe irmingild cus
qꝫ armatus, ꝓ nuptiali mytho, laurum suggerit, militiares:
Regum mollis ꝓconjugio: robur robori aliꝫ sæpe expugnando.
Hic modꝰ eruditionis ꝓponendæ et per eadem hoc ed: situ ꝓpo-
sitioni adicias per modum rationis aliqꝫ eruditionem, materiæ
servientem. Ita illud cumulat. Integerrimus vir noster obligatꝰ
studio, documento, Polonis dꝫ aꝫ de Romanis ꝓbos esse dꝫ amor
virtutum consensu, et quales illa deorũ Regia Capitolina ꝓ
Jove adorant.
Et illud inter Bellidestq; felici marte eripuisti ne trucidaremur
nostris etiam studiis, nasci macedones &c.
Et illud in Horten victores gladium vibrasti intuos, et servum tibi Lygium
credi derant

credidera[n]t.

Q[uæ]ro primo quid sit stylꝰ admirabilis? R[espondeo] e[st] cultus sermonis ad cuiꝰ singula commata v[e]l membra v[e] periodos tam auditor q[uam] lector stupet et tangit, religiosos ingenij partꝰ miratur. Ad huc stylum refert stylus arti[fi]ci, acutꝰ plenumq[ue] fameygrici. Et quia hæ stylꝰ n[on] potu[er]unt absolvi sine conceptibꝰ, ideo de his hic agendum.

§ 6tus

Quid sit conceptus et qui fontes eiꝰ.

Quadrupliciter quid sit conceptꝰ quia ad nomen R[espondeo] hinc, eo dicitꝰ quia elegantia capiat, sive concipiat mentem audientis vel legentis. Alio nomine vocat acumen metaphorice v[e] q[uo]d cum acumine ferri, in quo omnis gloria et gladij habeat provenire dicat. Vel q[uo]d ar morum omnis virtus sit, esse acuminata et subtilissima in suo stylo, ita omnis ingenij virtus, si quid subtile pferat, nec fatile crasso ingenio conceptibile. Vel ut discernat ipsum ensis acumen dulo necesse habes limpido: ita et ingenij, et acumen videat, v[e] q[uo]d ille artifex censeat nobilissimum, qui gladio acumen addit subtilissimum ita ingenium illud celeberrimum, q[uo]d e rudi materia ingeniosum quid elaborat.

Q[uæ]ro 2do quid sit quo ad rem conceptus? R[espondeo] e[st] dictum ingeniose inexpectatum, aptè ex re ornatum et rei applicatum. Dicit dictum quia conceptus esse potest in una dictione et n[on] tantum in sententia. Dicit ingeniosum quia debet aliquid adferre v[e] ex combinatione rerum diversarum, contrariarum, similium et non vulgare. Dicit inexpectatum quia n[on] debet distingui à ratione genuina et admiratione aliqua ingenerat. Ita v[e] g[rati]a dicas S[anctus] Hilarius dicebat in exemplo abitus annorum n[on] pulsæ: quia voluit esse in cælo adferre q[uo]d genuinam rationem adeo[rum] n[on] recipiunt. Si diceres q[uo]d florentium nulli alteri credere potuerit q[uo]d arbori inexpectatum quid adferes. Dicit aptè ex re ornatum et rei applicatum: quia conceptꝰ debet et ingenium et judicium studiosi et lectoris aperire: si vero inepte sit ornatꝰ, et applicatus malè, ridiculum te ostendet. Deinde quia conceptꝰ

debet esse talis, qui habet fundamentum in re de qua dicit et aliqn pertinentiam. Vg si dixeris. Idem Divus Hilarius Juvenis in eremum abiit, quia habuit pedes et quia voluit diceres aliquid inexpectatum et male ex re erutum et male applicatum, quia n. ideo ivit, qd pedes habuerit, quia et sedendo pedes habuit. Deinde quia hic non quaeris, quare ambulabat, sed quare maluit vivere in eremo qn in saeculo.

Verum ut jucundum est acuta dicere et legere ita difficultate non carat conceptas eruere, summusq Tyronum labor est, quaerere unde conceptum sumant. Huic tollendae difficultati conceptuum fontes porrigo. Nmus itaq fons est et radix aliorum bonum ingenium reflectens se ad singulas rei circumstantias quas acuere conceptu deliberat, sine fonte hoc omnes alij arescunt.

Fons nmus conceptuum sunt opposita, contraria repugnantia. Ex his hoc modo erues conceptum; illi rei qm conceptibus vis ornare, invenias rem oppositam, illiusq rei circumstantias, pprietates, effectus considera et applica rei de qua conceptum scribis. Hoc ut aptè debes videre, utrum aliquo sensu, tropi. tropico potissimum, circumstantiae rei oppositae dici possint, de re acumine investigenda; hoc ubi repereris, rei contrariae applica circumstantias ad rem aliqn alteram. Quod non ita intelligendum est, quasi unum contrarium eiusq pprietates de altero contrario, pprie et verè dicant, v qd uni naturale est etiam alterius sit: sed quia qd uni ex contrarijs pprium est, illud aliquo sensu v usitato v minus usitato v tropico dici de alio potest. Ita quispiam de Xto nato tremente praefrigore dixit: Stupete saecula inter stramenta friget ignis. Ita de umbra S. Petri sanante aegros. Umbra Petri multis lucem attulit. Ita de Lazaro Divus Augustinus. Lazarus in Coelo est epulo dives epulo Lazarus est in inferno. Ubi adverte de igne dictum qd frigeat, cum frigere non sit pprium igni sed frigori. Dicis tamen de igne qd frigeat cum Deus metaphoricè dicat ignis, tremens autem praeinjuria aeris frigere videat. Idem in alijs exemplis factum adverte.

factum adverte. Plures autem sunt modi quibus per opposita, contraria repugnantia fieri potest acumen. Amus si res inter se pugnantes, de una eademq; re simul affirmentur simul negent. Hoc e unum contrarium dicetur de re una, vero sensu, alterum metaphorico: v. etiam respectu aliquo, etiam aliud contrarium verò dicet sensu. Ita de Epulone diceret. Epulo dives et Pauper: Lazarus pauper et dives: Est enim epulo dives, quia multas opes habuit: et pauper, tum qd avarus semper egeat, tum qd cœlo careat et divina gratia. Ex hoc fonte illud e Martialis Epigramma.

Non possunt nostro multæ Faustine liturae
Emendare libros, una litura potest.

Qto modo eruit conceptus ex oppositis si uni opposito serviens dictio, apponat alteri opposito, illi tamen aliquomodo accommodabilis. sic de Epulone diceres. Pauper epulo in suis divitijs, et dives Lazarus in sua paupertate. Ubi hæc dictio Pauper n servit pprie divitijs, id hominis habenti: quia tamen verum e aliquomodo dicere de Epulone qd sit Pauper semper egendo v. qd virtutibus careat, et Dei gratia. Ideo dici de illo possit hæc dictio Pauper. Similiter de Lazaro dictum puta. Tale e illud Epigramma.

Cur oculis pollet surdus, cæcusq; quid aure?
Ille oculis audit auribus ille videt.

Ztio modo eruit ex hoc fonte conceptus, si res una opposita, ita de alia dicat, ut una in aliam converti utet. Debet tamen aliqua similitudo haberi talis enuntiationis vg si dicas: Lazarus quivis divitijs inops fuerit tamen paupertate dives erat. v. Felix infelicitas quæ cœlum aperit: infelix felicitas quæ cœlum claudit. In hoc exemplo dictio dives inopiæ attribuit, et ideo felix infelicitas. Est tamen fundamentum talis applicationis: quia ille dives esse dicit, qui res multas habet, ille felix cui res aliqua in pretium et honorem abiit. Cum verò Lazarus multum haberet de miseria, et ipsa illi infelicitas in censum gloriæ æternæ abiert. aptè de illo dicunt Pauper et felix. Hinc illud e Epigramma.

Et tibi viventes debent Martine salutem
Hanc etiam debet mortua turba tibi
Vivere nam rectè per te didicêre sepulti
Et per te vivi sic didicere mori

4to modo eruis hinc conceptu si res ipsa, qd e tui conceptu materia, de se ipsa negès: hoc e si dicas non ens ē ens, v. esse sine hoc qd e. Non tam en affirmatio et negatio rei de se ipsa eadem sit respectu, q diversu, ita ut res negata de se, respiciat aliam circumstantiam, aliam affirmata. Vg Lazarg pauper sine paupertate dives sine ꝺ divitijs miser sine miseria. Ubi vides rem unam de se negari nempè paupertatem de miseria, veritas tamen hic latebga de facto pauper erat sine paupertate v. qa illam obtinuit fontem divitiarum, v. qa nullius egebat.

5to modo hinc eruis conceptus si tibuas effectus illi rei de qua conceptus formas, effectus ingn rei oppositè debitus: hoc e si dicas illud fieri à re aliqua qd illa non potest facere res illi opposita. Unde admirabilis orie ex ejus modi attributione effectu. Vg si de Epulone diceres: Nimia felicitate sua excidit felicitate: tot opibg subvertit opes. Vel de eo qui vires suas violenter exercendo interiit. Suis viribg vires perdit. Vel de milite. Quem tempestas cogit ut pugnaret, ipsa pluvia belli accendit furum. Ubi vides effectu rebg oppositis servientes, applicatos felicitati viribus et pluvie. Sub his tamen effectibg attributis latet veritas, nempè qd Epulo opibg suis luxuratg sit in fine.

Nota hic conceptu ex fontibg oppositorum de gregiè fluere, si per figuras contrapositorum efferas, addita figura Prosopo. Ut illud de Divi Ambrosij de Diva Agnete Martyre Mori adhuc nescia, de parata, nondum idonea pugnæ jam matura victoriæ, certare difficilis facilis coronari, et quod non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo resisteret.

Fons xdg e conceptuum Alienatorum hoc e, ut explicat Masenius, si factus v. dictionem alienans sive alteri rei diversæ ab illa, de illa de qua conceptum formas, attribuas illi qn conceptis ornas debet tamen aliquod fundamentum haberi, ejusmodi facti v. dictionis, in re conceptu ornandâ. Ut si dicas laudando eloquentem: Rosas non verba legimus ab oretuo. Ubi res pro ria ferrè attribuis linguæ. v. De Lazaro: Tot gemmas numeravit quot ulcera. Potuo gemmas ferre mari pro videri homini de qua ulcera v. pretiu meriti faciunt v. sua rotunditate similia gemmis sint, ideo posuit gemmæ dici. Et hoc forte pote his rivis effluere conceptu.

Amen.

Primo modo si res uni personae propria, vel eius officium vel factum attribuatur alteri personae vel rei. Ita de Domiciano Thesaurus: Hostis erat muscis, et ipsa hostibus musca. Ubi factum Domiciani muscas in suo conclavi persequentis, hostibus illis tribuitur, qui imbellem Caesarem ceu muscam superarunt. Tale illud est de Epulone: Nulli bene fecisse visus praeterquam sibi miserorum calamitati addidit miseria. Stomachum magis quam ratione ad consilia adhibebat. Ubi stomachus ad consilia res inepta additur consiliis, quae capite indigerit. Tale illud est de S. Apollinari virum simulante.

Pro mitra galeam Chlamidem pro Cyclade sumpsit
Utque virum fugiat, se facit ipsa virum.

2do modo conceptus hinc eruitur si natura aut proprietates aut definitio alicuius rei ab illa alienetur, et altera illi tribuatur. Ut si diceres de aliquo medicinis interempto. Medicina mortis poculum est vel fames ex cibo aucta. Ubi a medicina alienatur sanitas, mors additur si diceres de Lazaro: Lazarus canes aluit, et quis illum fane afflictum aestimet. Ubi alienatur a miseris indigentia attribuitur sufficientia alendis canibus. Tale illud est de S. Iodoco cui mare naves onustas panibus submisit.

Verterunt elementa fidem sitientibus olim
Unda dedit potum nunc dedit unda cybum.

Huc etiam spectat alienatio morum, legum, consuetudinum et per quam alienationem attribuitur uni rei hoc quod alteri competit. Ut si dicas de aulis indisciplinatis. Probi improbi inferiores: ubi regina pecunia regnat famulari ibi Dnos servis imperare servus &c. Tale est illud

Non te Tulla sinis nisi sis larvata videri
Non miror larvâ foedior ipsa tua es

Fons 3tius conceptuum est causa ingeniosa et inexpectata alicuius facti vel dicti praecedentis sive ratio non ratio. Hoc est speciem habens rationis non vero ratio solida convincens intellectum sed recreans. Et haec desumitur vel ab aliqua Paronomasia, vel ab aliqua combinatione et allusione ad rem aliam vel a similio vel a contrariis &c. Tale illud est. Aulae gravior, quod levis esse nollet. Ubi ratio est

data ab Anthitesi. Et illud de Domiciano. Fratrem sustulit, ut se attolleret. Et illud. Aurea nunc verè sunt sæcula; plurimus auro venit honos. Et illud de Epulone. Aureq homo verè epulo, qa totus auro circumfluxit. Tale illud e de Sancta Otilia cæca.

Non sine causa oculos dedit illi numen ut esset.
Quos lachrymis posset petere Virgo suis.

Tale et illud.

Hæcergo jurosales epigramma! dixero: quare?
Nempe suis faciunt sæpè relecta sitim

Ex hoc fonte emanabit conceptus, iterum: si dictionis v facti, vivatiorem aliqn sententiam subjunxeris per modum rationis. Tale illud e: tot inter mortes mortem reperies: miserius enim et misero vitam trahere, qm tradere.

Et illud. Simul Patriæ incendio, et ille robur invenit: nam qui sceleribus inclaruit, sola rogi luce indiget, qm merez. Ita de Epulone diceres: Inter opes miseriam Lazarin censuit, virtus enim divitum e non nosse miseros. Et illud Thesauri de Caimo: Urbem primus condidit, et meritò: ut si in campis securitatem depulerat, carcerem sibi mollirez: id nulla impijs tuta e latebra.

Potè item ex fonte emanare conceptus si dicto alicui v sententiæ subnectaz alia sententia prioris destructiva sensum adferens contrarium acutum: qui sensus accipi possunt v ex occasione nominis similis, altesi contrario, v ex occasione similis alicuius effectus v aliunde. Ut illud e. Clarior fuisset, si fuisset obscurior, Regna meritus si non regnasset. Et illud Patris in eide Miecislao 2do. Poterat dici felicior Miecislaus, nisi 2dum hunc genuisset. Et illud de Epulone: O divitem Epulonem! ditior tamen censeri potuisset, si egestate ærraria condivisset. Debet tamen sub ejusmodi destructivis sententijs fundamentum haberi ejusmodi sensus contrarij destruentis priorem.

Fons 4tus. Conceptuum e comparatio et similitudo: sive exempla, historiæ, Mores gentium, fabulæ &c. Si nempè res una alteri ingeniosè conferaz. Ingeniosè autem v parabis v assimi

labis

labis, si v à contrario remunam alteri contuleris: Ut quæ fuit fortis ille, tam tu ignavus es: et sola major est desidia heroibus. Vnde à contrario sed specialem quandam invenias qualitatem non cuiq; obviam, sed non obviè tractatam, illamq; tuæ materiæ accommodes. Ita de Epulone diceres; Epulo, apis illa, quæ sibi tantum mellificare novit, et alteri nihil præter aculeum infigere. Ubi assimilas Epulo api, illiusq; pprietates diviti accommodans. Potest talis similitudo v comparatio absolvi per definitionem amplificatam, ut patet in hoc exemplo, ubi appellatus est dives ille, apis: et data ratio, quare non sic dicas. Ex hoc fonte emanavit illud Poetæ.

Miles es et malus es, bonus es tamen Attale miles
Miles enim ut canis est, qui malgille bonus.

Et illud Ausonij.

Rhetoris hæ Ruffi statua est, si saxea vera est
Curidais? semper saxeus ille fuit.

Ex hoc fonte effluit conceptus 1mo modo. Si unum ex illis quæ secum comparans alteri aut præparas, aut postponas quod vulgo præferendum, aut postponendum non censes. Tale illud de Epulone: Cum nihil homini, quam homo similius esset, canes tamen, quam homines pascere maluit; nec mirum: cum is qui ventri serviret, bestiæ, quam homini esset propior: Tale illud de vipera electra in clausa Poetæ.

Ne tibi regali placeas cleopatra sepulchro
Vipera si tumulo nobiliore jacet.

2do modo hinc eruis conceptus si inter res similes, quæ secum ferunt dissimilis effectus v pprietates ostendas. Vel si inter res dissimiles effectus similis. Ut si diceres de Epulone et Lazaro: Cum sit uterq; homo, nihil tamen iste humanum in deformi, atq; exulcerato corpore, nihil hic in mente sordida atq; avara habuit. ille corpore, hic animo degenerabat. ille n' absq; virtute hic non absq; vitio. Vel certe effectus similes ex diversi causis pcedentes. Dissimilium vero similes esse effectum sic in eodem Epulone ostenderes dicendo: Epulo affluebat opibus, Lazarus inopia præmebas, sed ta-

men uterq; miser, hic, qd uti Opibus n̄ posset, ille qd nesciret. Ubi adverte Epulonis et Lazaris dissimilium, eundem effectum ostendi, scilicet utriusq; miseriam. Tale illud est de Echo et speculo.

Nil habet ut vivat, si vocem exceperis echo
Ut vivat speculum non nisi voce caret.

3tio modo eruitur hinc conceptus, si una eademq; res sit pares secum ut sibi similis vel ut dissimilis. Haec comparatio facilis erit si diversus status rei considerem, atq; res ipsa in hoc statu, nunc in illo existens conferam secum: nempe in terra existens, et in Caelo. Tale illud est acumen Poetae de lingua.

Humano membrum n̄ est in corpore lingua
Nobiliusq; bona, deteriusq; mala.

Tractandae vero eruditionis modos alios habes in stylo erudito, quos huc referas ad acutam collationem faciendam unicum alio.

Fons 5tus conceptuum est lusus in verbo, seu per figuram Traductionis, Annominationis, Aequivocationis, Notationis. Si nempe dictiones eaedem diversa significantes, nunc ad hanc, nunc ad illam significationem accommodentur: vel similia alia aliqua dictione res appellem, illius circumstantias, effectus, applicando alteri. Ita nomen Gallus detorqueri potest, vel ad avem vel ad hominem etc. Ita de Epulone dictum: Epulones adamantes esse, vicinum in extremo positum non adamantes. Ubi in voce adamantes, lusum habes. Tale illud est Epigramma de Xto. Die veneris moriente.

Luce obit veneris fle turba videt
Causa Dei passi non minima esse venus.

Et illud Sennasari de Jucundo supra fulmen Sequana pontis construente.

Jucundus geminum imposuit tibi Sequana pontem
Hunc tu jure potes dicere Pontificem.

Ex hoc fonte emanare potest item conceptus per Anagramma. Porro Anagramma est novae dictionis compositio, per variationem

tiationem, sive transpositionem literarum in aliqm dictionem
Ut Roma amor, mora, Maro, Dictio autem illa ex qua com-
pono Anagramma. Unum est purum, aliud impurum. Pu-
rum dicitur, quod sit ex dictione nulla adjecta vel dempta li-
terâ. Impurum cui additur aliqua litera vel detrahitur. Iam
conceptum facies, si dictionem Anagrammaticam, appli-
ces illi de quo conceptum scribis, illius adjuncta, vel virtutes,
attribuendo illi rei, conceptu describente. Tale illud est
in laudem Gregorij 1mi 4ti, ex hoc nomine compositum
Gregorius 1mus 4tus. Murus custodiaq; gregis. Tale et illud
ex nomine Martinus luterus. Ter matris vulnus versu expressum.

Et ferrô et linguâ et calamô fera vipera luther
Ecclesiæ Matris ter grave vulnus eris.

Potest 2do modo hinc fieri conceptus per allusionem ad fa-
bulam, historiam aliqm vel proverbium. Si nomen illud qdm
conceptum venit, conveniat cum historiæ nomine vel fabu-
læ, vel proverbij &c. Ita allusit Martialis ad fabulosum Dæda-
lum, scribens de vero ab urso lacerato.

Dædale Lucano cum sic lacereris ab urso
Quam cuperes pennas hunc habuisse tuas.

Nota hunc fontem convenire cum fonte 3tio differre tamen in
modo tractandi Paronomasias: ille tractat per modum causæ:
hic non idem.

Nota 2do ipsam novæ dictionis compositionem, materiam tibi por-
rigere uberiorem ad conceptus formandos et ingeniosas allusiones.
Nota 3tio fontem hunc licentiorem esse Poëtis qm Oratoribus:
in illis etiam levissimus lusus laudatur: in Oratoribus solus ille, qui
gravem sensum continet; quare magno judicio utatur Rhetor ex hoc
fonte acumen hauriens.

Fons 6tus est conceptuum pulchra rerum diversarum combinatio. Id.
Quæres hic quid sit combinatio? Est duarum vel plurium rerum diver-
sarum vel circumstantiarum vel effectuum habentium aliqm ad se re-
lationem, ad unam rem applicatio. Vg si velles ex hoc fonte con-

ceptum formare, quare nocte nascentis Xti, nova stella apparuit: considerares noctem, Deum infantem, qui verbum abbreviatum dicitur, et stellam de nocte lucentem, considerares ulterius, utrum nox verbum abbreviatum et stella sive lux habeant ad se aliquam relationem: invenires habere, quia verbum legi non potest de nocte nisi lux adsit: tum conceptum formares ut quidam formavit expressitque sequenti Disticho.

Fulget in axe novum Sydus cur Numinis ortu?
Non poterat verbum, tam breve nocte legi.

En habes acutam diversarum rerum combinationem nocti scilicet verbi, et Syderis quae ob relationem ad unum eundemque effectum et combinationi fundamentum et effectui conceptui dederunt. Tale et illud est Poëtae de suis Epigrammatis facentis.

Haec ego jure sales Epigrammata dixero: quare?
Nempe sui faciunt, saepe relecta sibi.

Habebis alia exempla in stylo admirabili ubi de sensibus tractabitur per combinationem admirabilibus.

Huc quoque refert conceptus per allusionem. Sed iterum Hic.

Quaeritur quid sit allusio. Resp. est adhibitio nervosa et brevis historiae vel fabulae vel dicti vel consuetudinis vel facti alterius rei ad rem acute efferendam, habentis tamen vel ex nomine vel ex aliquo alio titulo aliquam convenientiam. Dixi brevis et nervosa: quia in allusione res diversa tantum attingitur, ita ut plus sub intelligatur, quam verbis exprimatur: et una vel duabus vel aliquando pluribus dictionibus res tota claudatur. Tale illud acutum est dictum in superbum, qui alios despiciebat est. Cur me despicias tu, cujus Pater sublimis obierit. Ubi nervose alludit ad Patrem Partibulatum. Tale et illud est ejusdem Authoris Thesauri in Partibulo appensum. Mors eius suspicienda fuit et exemplaris: colore violarum mortuus est. Ubi alludit ad colorem quem strangulatus tulit in facie. Et illud ejusdem. Scalas subeundo mortuus est. Cum ventis dimicans exstinctus est. Calcibus ventum petiit malus iste luctator fuit, qui manus conserens inferior factus. Magnus fuit

gnus fuit aveps qui etiam mortuus aves esca alluit. Huic Bar-
can dissecuit filum, qui potius globum convolvit. Adeo bene-
ficus est ut corvos pascat. Multa pertulit justitiae causa. Morsca-
pit ipsum laqueis et gruen. Solus hic non moriz jacens. Ereptus
mollis ut alter Vespasianus. Reliquis sublimior decessit. Mo-
riens oculum omnem sub pedibus vivit. Vita eius de filo suspen-
sa videbaz. Caput foramini inseruit. Unde illud retrahere
non poterat. Ut vulpes Esopiam vitam reliquit sub trabe:
triumphans decessit sub arcu ligneo insolubiliter justitiae alligatus erat.
Tale illud est Theocriti timentis ne ab Antinovo monocolo occi-
derez. Cum enim amici dicerent ignosce, et ubi ante eius
oculos veneris ille vero? R. ergo nulla spes. qd idem allusit
acutè ad illius caecitatem: non enim poterat ante oculos:
illius venire qui uno carebat oculo.
Tale illud est Adolescentis Julio Caesari simillimi, datum Caesari
Augusto responsum. Is ex adolescente quaerebat: dic mihi ado-
lescens; fuit aliqndo Mater tua Romae? R. adolescens nunqz
Mater saepè Pater qd idem allusit: n. sibi licitum generis id Julio
adscribi debere.
Tale et illud est Diogenis, qui Puerum in turbam Hominum lapides
jacientem monuit: Cave ne Patrem pereas. quo allusit ad genus illius infamiae.
Q. 3tio idem ne est allusio qd combinatio? R. n. esse idem ut patet tum ex
definitionibus utriusq; tum ex exemplis: qmvis combinatio videaz
non posse haberi sine allusione, potest tamen haberi allusio sine
combinatione. Et qa combinatio res diversas in unum congregat et illarum vir-
tutem, usum, circumstantias, eidem effectui, v. quasi effectui ser-
vire ostendit: non idem allusio, quae attingit solum rem, v. circum-
stantiam; v. virtutem.
Uberrimus uterq; hic fons est, tum ad conceptus, tum ad graves sensus Ora-
torios: servit acutè doctis Salutationibus, gratulationibus, ubi hae ex

circumstantijs sive temporis, sive loci, sive stemmatum formans.
Formari autem eas saeculum praesens amat, cum quantam speciem habeat novitatis.

Nota hic ad acumina facilius danda familiares tibi debere esse tropos Metaphoram praesertim et Allegoriam et hyperbolam. Advertit hoc ille Rhetorum Emmanuel Thesaurus, qui in suis praeceptis docet fontem omnium conceptuum esse Metaphoram per quam si dictio à re contraria accepta ad rem aliam contrariam transferatur, faciet conceptum ex contrarijs: si à re simili ad rem dissimilem vel similem habebis conceptum ex fonte similium et alienatorum &c. Unde.

Fons Imus et Conceptuum Metaphora Hyperbolica. Porro hyperbola est modus aliquid augendi dicti vel minuendi: nec tanto pere indiget res explicatione, satis enim habet claritatis modus hic sive in addendo aliquid alteri, sive in minuendo: uterque hic modus fit, vel per Epitheta multum exagerantia rem vel per verba, per gradus comparationis vel per eruditiones similiaque rem attollentia aut deprimentia. Tale illud cujusdam Authoris de amore. Amor omnes faces suas qui in unum pectus collegit: quin totum elementum ignis in eos junxit: tartara in stipendium redeat ut unam torqueret animam: unica illius scintilla aetham faceret. Vesuvius est exigua illius flammae favilla. Ob uno justo pectore, amor omnes flammas suas mutatur, quibus amantes incendit omnem potentiam suam in eo consumpsit: ignis ille non potest crescere nisi in infinito quoque putes crescere. Omnis ignis huic comparatus nix est: infernus Encelladi deliciae sunt, infinito gelu, nil potest resistere, nisi ardor infinitus. Quanta sit flamma necesse est: quantanta frigoris tui glacies non refrigerat, nec tot lachrymarum fulmina exstinguunt.

Tale et illud est ejusdem: exaggerantis dolorij magnitudinem. Tantum flevimus ut duos jam Oceanos Orbis habeat: alterum aquarum, alterum lachrymarum nostrarum. Tantum suspiravimus, ut suspiria nostra novum Eoli antrum

ventis

ventis turgens impleverit, cui alter Eolus erit præficiendus, ne orbis damno erumpant. Cernite illud, multis accensis facibus circumdatum quas nescio quomodo nulla lachrymarum vis exstinguat, nisi quantum lachrymæ abruunt tantum suspiria suscitent.

Hinc emanavit et illud Epigramma de exilio dono.

Donasti lupe rus sub urbe novis
Id rus est mihi majus in fenestra.
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
In quo ruta facit nemus Dianæ.
Argutè tegit ala quod Cicadæ
Quod fornica die comedit uno
Clausæ cui folium rosæ corona est.
In quo non magis invenis herba
Quàm costi folium piperve crudum
In quo nec cucumis jacere rectus
Nec serpens habitare tota possit
Erucam malè pascit hortus unam.
Consumpto moris culex sallicto
Et talpa est mihi fossor et castrator
Non voletus hiare nō mariscæ
Ridere aut violæ patere possunt
Finesmus populare et calamo
Tanquam sus Calidonius timet
Et sublata volantum ungue pgnes
In nido seges est hirundinino
Vix implet cocleam peracta messis
Et mustum crucæ condimus spicata
Erratis lupe litera id una
Nam quo tempore prædium dedisti
Mallem tu mihi prandium dedisses.

Et illud Martialis de Domiciano.

Expectes et sustineas Domiciane necesse est:
Narratibi quod solvat non habet arca Jovis

Et illud Semiani expeditiones Xerxis exaggerantis. Terras armis obsidet, cœlum sagittis, maria vinculis: lacones nisi succurritis Mundus captus est.

Hinc advertere potes, ut metaphoram per omnes fontes conceptuum diffusam esse, ita Hyperbolam.

Et hæc de fontibus acuminum. Sed adhuc expectant Tyrones suam difficultatem facillitari, qm ordinariè quærunt, quomodo nam de re una multi formandi sint conceptus: cum res parva materiam magnam negare videat. Ad hunc modum solvendum sit.

§ Imus

Proponit modus materiæ ad sceptus formandos porrogradæ.

Supra citatus Orator liberalem materiam porrigit ad remetiam minimam suffecturam conceptibq docet ille, quod in qualibet re debet Orator considerare substantiam illius nimirum: quid sit res illa; sit nè vivens, an non vivens, sit nè corporea, an incorporea, sensitiva an insensitiva. Item quantitatem nimirum: sit ne res magna an parva, brevis, an longa, monstrosa, an pulchra, an possit per artem fieri longior, an brevior. Item figuram sit nè rotunda, an crassa: an oblonga, cui similis. Item qualitatem nempè: qualis sit an alba, an cerulea, an ingeniosa, prudens, vilis, clamosa, pretij magni an parvi, fluxa an solida, fragilis an fortis, et omnia illa per quæ respondet ad interrogationem quali; Item relationem nempe: an referat ad aliquid, et habeat cum alijs rebus connexionem, quo Patre res nata, quo genere, quibq Fratribq, Affinibq, sit nè Dominus an servus, Pater an Filius &c. Item actionem nimirum: quid faciat, an aliquod opus præclarum, rem eximiam, amatam pluribus, dignam pretio &c. Item Passionem scilicet quid illa res patiat, an formas in se aliquas acceptet; num ex illa soleat fieri v medicamentum, v statua, num utilis sit, sive Publico usui, sive bonis, v malis privatis. Item Locum nempè ubi illa res nascat, ubi commoret, an in terra, an in æquore, an in Cælo, an in aere. &c. Item situm An sit res composita modesta &c. Item motum scilicet, quomodo se moveat, et quo: an celeritatem, an turditatem habeat, an volet, an cursat, an fluat, an sit vaga. Item quando sive tempus nimirum: qndo nascat, qndo sit vivatior, an sit vitæ diuturnæ, immortalis, v brevis vitæ &c. Item habitum quali vestitu et cultu sit ornata obsoleto colore an pulchro, et cui similis auro, an argento, lacti &c. Insuper considerandæ sunt

cuiusq

cujusq; ex dictis circumstantiæ ppriæ, earumq; cum alijs rebus convenientiæ, tum eruditionibus, fabulis, historijs. Et ubi sedulum ingenium ad hæc omnia se reflexerit, amplissimam habebit materiam acuminum etiam de rebus minimis, Nec tantum rem unam, in materiam conceptus datam: sic dismembrare potes sed et ipsius rei adjunctum, et alteram, quò ampliorem campum habeas acuminum formandorum. Ita dictus Thesaurus, apem electro interceptam et mortuam conceptu tractaturus, ipsam apem, electrum, et mortem dismembravit. Subicio exemplum

Substantia apis.

Animata, avicula, corpusculum vivax, vermiculus, musca.

Substantia electri.

Gemma, non vivens, Heliadum lachrymæ, arborum sudor, humor secretus, viscus, gelu, resodorifera igne adusta.

Quantitas et figura apis.

Pusilla, brevis, monstrosa, levis, et &c.

Quantitas et figura electri.

Gutta, stilla, avrium pondus, rara merx, informe corpus, ad formas plures suscipiendas apta.

Qualitas apis.

Flava, aurei coloris, nam ante lilij coloris fuisse ferz, quem Jupiter mutavit in aureum, eò, quod hunc apes aluerint. Sonora, ingeniosa, prudens, sedula, casta, vilis, metuenda pungens aculeo &c.

Qualitas electri.

Flavum, melli concolor, illustre, perspicuum, clarum, pretiosum, nobile, ex fluxo aridum, tenax, gelidum, fragile sterile. &c &c.

Relatio apis.

Fero genita, mellis genitrix, nobilissima inter insecta, Jovis nutricula, vera socialis, Regi publicæ ordinatæ amans, fuccorum hostis, Regi fida, Colonis hara, Hapiæ similis, Amazoni, Pegaso, Aristei inventum.

Relatio electri.

Ex Populo genitum, suffocans plem, speculo simile, auro, vitro &c.

Actio et passio apis.

Hortos populas, dulces è flore succos colligit, fures sui melli insectas, nocuis nocet, sudores odit, telum jaculas, venena fundit, favos componit, dulces alios mellificat, domos architectas, Rempublicam regit, legibus paret, pro Rege militat, fumo necas.

Actio et passio electri.

Magneticæ virtutis palleas rapit, animalcula inlaqueat, latra mordet, oculos allicit, humores capitis extrahit, Phaëtontem extinctum deflet, artificum torno expolis, elaboras.

Locus et situs apis.

Hiblea, cecropia, odoris innata floribus, hortorum cultrix, ceratæ urbis inquilina, Domi midificax, intermella nasciz, vermibq et Juvencis pullulat.

Locus et situs electri.

Inerida ripa, ad Phaëtontis sepulchrum stillat, monivibq et armillis inseriz, Thesauris et scriniolis asservaz, addictus maris balbici legiz.

Motus apis.

Per florea rura volitat, vagaz, semper fugax, quasi aliet æqus, dux volitat, pugnat.

Motus electri.

Trunco adhæret, et pfluit lentum, segne, re una pigrius

Quando apis.

Brevis ævi, in alveri hyemat, verè novo domum deserit, in aurora mel legit.

Quando electri.

Æternum, immortale, vere liquaz, hyeme concrescit

Habitus apis.

Pennigera, alata, lorycata, tubam et hastam gestat, ipsa sibi teluz et paretra.

Habitus electri.

Aurium gestamen, monilium decus, inter opes numeratur.

Ita materiam divisam per acumina tractat, supra dictus Author.

Ex Substantia.

Nova metamorphosis, olim flebilis Move in saxum: nunc apis flebilem in gemmam migrat. Miræ deliciæ! apis inter gemmas numeraz: lapis animaz, animans lapidescit. Medusam vidit apicula, imò eadem Medusa et et lapis. Novas natura docet insitiones, in arbore gemmas, in gemmis apes. Prodigiosa fœcunditas lapis avicula parit.

Ex quantitate. Mir Mecinis Anagliptis ad numerandum opusculuz: apis in gutta, unica hæc apis, Rempublicam perosa sibi vivit. Sola scud implet appiarium, et pusilla se in aula jactat.

Ex qualitate. Fulva apis, fulva lucet in gemma: electrum dixeris in electro. Cerne ut gemmeo radiet fulgore, ignobile insectum: dices etiam apicula est sydus. Aliet lapis in flamma, ardet in glatie: quid enim electrum nisi flammeum gelu: vilissima rerum apis electro pretium adscribit. At nescias utrum utri plus conferat, electrum api an apis electro. Hæc sanè pretiosior et captiva quàm libera: eò charior quò clarior. Hem. volu-

ptuarig

ptuarius volarum terror apis in gemmam, de alieno superbit apis luce fulgens non sua.

Ex relatione. Electro decedat unio: ille apiscæ gignit: hoc autem gignit. Iovis altrix premium alterum tulit olim aurea nunc gemmea. Imaginem hic cernis, quæ nemo expressit sine cælo celatum. Nimis ipsa sui amatrix apicula, perpetuo se miratur in speculo.

Ex actione. Arbor apem apis oculos rapit: à Populo tracta Populum trahit. Ex ista gemma pateram confice, nectar apicula propinavit. Cerne, ut arcto complexu apiculam gemma foveat: dices electrum esse adamantem. Ad Phaëtontis sepulchrum dolens apicula lachrymis obruitur: aucupio delectantur Heliades, viscus et lachryma. Incautam apis, in lachrymis invenit insidias. In furto deprehensa gemmeis compedibus tenetur apis. Non impunè arbores puppuit ut flores. Florum credo fit arborum præda avare volucri viscus et gemma. Electrum vidit apis, mel opinata, in illicebris laqueum reperit. Dolosa Heliadum experta gemmas, viscata munera.

Ex loco et situ. Gemmea in teca latet venenum. In gemma latitat fera, et opes timentur. Apum Regina, Regiam reperit, qualem nec Semiramis: aurea domum sibi condidit. Nero apis gemmeam. Sumptuosa hæc apis! in gemma mi dificat. In speculo ut in specula excubias agit: gemmam custodit apis qua custodit: neutrum tange. Apim coluêre Ægyptij apem avari. Infida latebra, latentem prodit. Ubi Asonum sperabat carcerem invenit.

A tempore. Strenua bellatrix apis hyemat in gemma, estivat in glatie. Brevis ævi apicula lachrymis æternatur: nuper avis nunc lapis.

A motu. Vernis fessa laboribus apis, vacationem optinuit in gemma. Castrorum desertrix, in ostro cubat à lento velox tenetur: in liquido hæret, in sicco natat. Nimis altè volitans, vicareo lapsum naufragium fecit. Effugere si posset, nollet: illustrem sortita carcerem. Rara avis volucris in gemma.

Ab Habitu. Novum indumenti genus! vestita et apis, et unda perlucet. Iam Matronales inter luxus feram numeres, inter opes et apes. Habes exemplum conceptuum ex modo illo formatum, qui materiam ubernimam

porrigit scriptura acute.

§ 8vus

Fontes styli admirabilis aperiunt.

Quamvis styli huius fontes acuminum fontibus permisti sunt, habent tamen et illi suas quasi alias venas, quas calamô prælibabimus.

Fons tamen admirabilis styli est insperata causarum combinatio sive circumstantiarum. Convenit fons hic cum fonte conceptuum 6to in quo explicuimus hanc combinationem quid sit et quomodo sumenda. Non repeto dicta sed exemplis illustro. Hoc genere styli, illud Juglaris scriptum est de Xto nato et stella nova. Sine novo fosforo oriri non decuit novam diem. Pulchritudinem suam piecerat verius, quam exposuerat Deus: nisi illius spectandæ gratia novum de Cælo oculum condidisset. Plebeius credi poterat Princeps luminum, si venisset ad tenebras sine face. Procedens tanquam sponsus è talamo Hymeneos suos adducta è Cælo Fæda nobilitat: quasi fugitivum Numen in terras accensa superi lucerna investigat.

Tale et illud est de ape demersa in electro Authoris Thesauri. Quæris cur apis in electro perierit? Sepulchri pulchritudine capta mortem sollicitavit; sive genita in gemma mori voluit, ut obscuritatem Natalium illustri morte avoleret. Aurea apud Reginam comparen, sibi Regiam comparavit, ceream dedignata se perdidit, quæ se nimium amavit. Narcissi fatis in speculo naufragium fecit. Miraris api in electro? apis fœmina est gemmis inescatur. In gemma moris; avarum videlicet genus Midæ morum confecerat. Horteri se atque odio haberi api videran, rationem excogitavit, quâ colleretur.

Et illud eiusdem

Et illud ejusdem de morte apis. Venefica hic jacet, cui gemma venenum fuit. Titulo non eget, hic tumulus latentem cernit. Letalis hic succus, quam necuit servat. Dubites apis ne mortua sit, an electrum vivat. Exanimatum corpus uti Hectoreum redimitur. Pusillum hoc sepulchrum, Mausoleo insultat. Ingens miraculum! apicula mortua unica, iam non est felix. Alteram ostendit Eridanus, obscura olim apicula, dum exstinguitur, lucet. Hoc cadavere nil pulchrius, nihil hac umbra clarius, elisum habet in gemma luxus et sic perire. Pretiosum hoc funus, invidiam morti detrahit. Gemmeum aviculae typhum, cernis in protothypo: sese ipsa finxit, et fixit. Narcissi tantum experta est apis, et in speculo mersa. Hanc Puellae vivam odere, mortuam colunt. Exigua haec artifex, majore ingenio cadaveri cavit, quam corpori: ceream sibi domum molita, sepulchrum gemmeum. Nec lachrymis eget, nec face: in lachrymis sodis, in tumulo lucet. Crudelis linguarum pietas, in nocuam apem cum lugent, necant. Hanc ne amore, an odio peremerit, nescias: complexu praefocarunt, mortuae Heliades hostem occiderunt, mors aucepsin gemma latuit. Huic cadaveri sepulchrum non debes, sed scrinium. Nobili laeta volucris, nunquam pullo sibi amictu parenta. Hunc tumulum violabit nemo, pretium vetat. Rapax volucris rapaci gemmas sodis, florum harpya sic sodi debuit. Fugacem licet aviculam lenta ostendit casse addiderat inter gemmas. Diu pennis verificata charybdim repesit in gemma. Novum in lapide esgi. Quod immortalis est apis, nil superis debet sed morti. Aeternitatem phano regio astruit mirra: api electrum utriq; lachryma. Lethali hoc succino mors apem perdidit, apis mortem. Gemmeum

meum cadaver cerne: tales proserpina gemmas gestitat, inops
victitavit, apis dives moritur.

Fons 2dus admirabilis styli et accita reflexio moralis. Si nempè ex
materia in conceptum datum doctrinas eruas moribus Humanis
convenientes. Erui autem ejusmodi doctrinæ possunt: ex circum-
stantijs illius rei fragilitate vel pretio vel casus etc. comittan-
tibus, sic de eadem ape suus Author. Ubi mors non est igitur, si gemmæ
necant! quid non timendum, si in ipsa luce latent insidiæ! quis
mortem effugiet, si volantem in laquea! Sed vivit hæc apis in
gemma: flores admove, volabit. Vivit! avolaret sed avara custos
opibus suis incubat. Cave igitur, in Heliadum idem polluarum la-
chrymis insidiæ sunt: dolor et dolus. Mellis specie apem fal-
lunt Heliades: hæ polluares solùm mè sunt illecebræ. Pabulum
opinata, venenum in arbore invenit apis. Ita et periculosa sunt
dona. Pluente gemma tenet volucris, nimirum lubricæ sunt
opes, dum fluunt, detinent; pretiosæ sunt compedes. Robustam,
dum quærit poculum, vitam cùm telo ponit apicula: cave à
poculo. Gemma tenet apis, non pascit, possidens enim avari non
possident. Improba ales, tota dum latet lucet, nunquam celat im-
probitas: sua sceleram prodit latebra. Gemmea in luce liber-
tatem amittit apicula ex voto Aulici, illustri in servitute
gestientis. Vides, ubi gemmeo Nitore violenta fera peritur,
sic nitido semper in corpore monstrum devitescit. Volucrem
gemmam miraris? sic reliquæ sunt opes. Pennigera mil-
ligat pigrum succinum: veteri documento, à pigro celer tenet.
Ingrata populus immortalem facit, cum opprimit: ita sæpè
invidia dum nocet, prodest.

Fons 3tius

II

Fons 3tiq. Combinatio arguta, seu eruditionis, seu oppositorum, seu plurium rerum dispariam. Si nempe illi materiæ qm tractas plures eruditiones simile quid cum materia habentes conferas etiam à contrario v si res dissimiles et contrarias illorumq; effectq tuæ materiæ accommodes sub aliqua tamen convenientia. Tale illud est de ape. Sic tumulatam apem si cerneret Artemisia, Mausoli sepulchrum despiceret. Post apem in gemmam conditam non est miraculo Mausoleum nuda et inops apicula, vitescit, dum moris. Apis prudentiæ thypus, hoc tantum rescivit, qd se poculo credidit. Fallor: nil fecit illustrius, qm qd periit. Mirmecidis apiculæ imitationem naturam luserat, apem in gemmam vertit, hanc inquid imitare, si potes. Divitibq exosa mors, hoc se artificio fecit amabilem. Impunita flosculorum vulnera, sublimes arbores vindicarunt. In Phaëtontis funere, plq peregrina doluit apicula, qm sorores: nam illæ in arbores, hæc in lapidem abiit: illæ lachrymans, hæc in lachrymis mergit. Hoc meruit audax supplicium, qd telo in mortuas sevierit, et infelicium infarum manes provocavit. Meritò in lachrymis periit, quæ lachrymantibq insultavit. Pretiosq fulgor electri efficit, ut exstincte volucris gloria restingui non possit. Æternum lucebit, in Poëtarum paginis apiculæ fama, insito fulgentis gemmæ splendore illustrata. Celsa in phirammide jacet Cleopathra Regina, marmoreo in Mausoleo Rex Mausolq: superba in mole Adrianq lætari: adde 4tum miraculum in gemmeo sepulchro vermiculus.

Fons 4tus Styli admirabilis est paradoxum et Hyperbola, idem eam esse ultimo fonte conceptum: Porro quoties potest Orator uti Hyperbola scire expedit. Rmo Sumi potest hyperbola ex ipsare qm hyperbolicè inornare vis, ponendo Metonimicè effectum pro causa.

Ita laudares genus alicuiq. Ipsa tibi Nobilitas parens erat, ipsa educavit virtus: utramq; alibi quærere et, nolentis invenire. V non ego te probum, sd ipsam dico probitate.

2do pote fieri per comparationem cum Animalibq. Ita homines veloces diceres. Cervo agilliores. Vocis sonore hominem, Lusciniâ vocaliores.

3tio pote accipi à Dijs falsis, quos antiquitas v scientijs, v arti, v alicui loco præfecit. Ita laudares facundum. Mercuriô disertior. Pudicum, Diânâ verecundior.

4to pote accipi à personis fabulosis v etiam veris in aliqua virtute v vitio excellentibq. Ita fortes laudares: Achille Marte bellatior &c.

5to pote accipi à gentibq, si gentem aliqz vitiô aliquô v virtute Nobilem conferas cum re tua. Vg Cretense mendacior. Pigmæo brevior.

6to pote accipi ab artibq v officijs: si nempe artium virtutes v vitia conferantur cum materia tractanda Vg. Rhetore facundior, Tyrannô immanior.

7mo pote accipi à rebq non viventibq: si scilicet rerum qualitates conferantur cum materia dictionis vg. Plumâ levior. Melle dulcior. Fulmine ocyor. Spongia bibacior.

8vo pote formari per Epitheton, sive adjectivum formatum ex substantivo, nominis proprij in illa virtute v vitio excellentis, quæ in materia occurrit vg Aristotelicus sermo. Tulliana oratio &c.

NB valet oratio pro exemplo

Hoc genere styli admirabilis celebravit Pater: mortem Calimmachi coram Atheniensibq. Hic, quem videtis Athenienses, sanguine, victoriam vobis peperit. Nemo filij mei quærat vulnera: ita stetit dum pugnavit. Dubito an moriendo vicerit, an vincendo sit mortuq. Mors certè n interrupit victoriam sd continuabit. Bis vicit, semel Xerxem iterum naturam. Mille vulnera pertulit, plura optavit: totam Asiam sustinuit nec tamen cecidit; Mortuus et stetit. Quod mori potuit culpa naturæ

turæ est: qd non cecidit laus est illiq. Rerum natura tecum mihi rese:
cur aut non cælestem animum Filio meo dedisti, aut mortale corpus?
mori anc qui mortem timere possunt: at ille nec cadere potuit, nec
vinci et mori debuit. Ille corpus non reliquit, sd ab illo relictus est.
Amq est qui naturæ cessit, et de natura triumphavit. Amq qui vivq
vicit et mortuus non jacuit. Amq qui virtutis documenta post
obitum dedit: qui vitæ spatium ipsa morte extendit. Quo igitur ho-
nore dignus, vobis Athenienses videtur? quo prelio? nam si forti-
ter in bello cadere laus est, ille et fecit fortiter et non cecidit. Quæ-
ritis an mortem timuerit? ne sensit quidem. Sepulchrum ambi-
re debeam an recusare? nescio. Utinam post mortem loqui pos-
ses Calimmache, sicut potuisti vincere! responderes hoc modo
Pro sepulchro, Athenienses, memoriam mei mando: pudet jace-
re inter reliquos, quorum multi ante mortem, omnes in morte ne-
mo post mortem stetit. Abstine manum, quicunq es: ne cru-
delior sis ipso hoste; qui occidere potuit, non potuit movere. Nemo
mihi statuam erigat, sufficit hoc cadaver. Vos, barbaros vicistis
virtute ego socios exemplo. Cur torpetis manus, cur non pugna-
tis amplius? an timetis ne quis non crediturus sit mortuum?
ego vos hoc metu libero: non minus credent posteri pugnasse mor-
tuum, quam stetisse.

Tale et illud est in laudem Præsulis liberalis. Visus ille sibi, non
alias infelicissimus omnium, quam sive luno felicior exstitisset.
Nunquam liberalior, quàm cum nihil haberet ultra, quod jam
daret. Nunquam illustrior, quàm in carcere tenebroso: ubi quan-
tò artius tenebatur, tantò in superos liberalius evolabat.

Tale et illud. Non sola pugna laurearum Parens est: insigniq qndoq
triumphat fuga vitiorum. Nemo fugam talium infamem sibi
dicat, fugiens hæc vicisti. Nec pulchrior te victorum alibi qn
hic profugum laurea coronavit. Id nec fortibus in bello, fuga semper

intra pbrum stetit. Parthos vides, nunqn hos metuas, nisi palabundos fuga illis suâ victorias insequunt.

Hinc et illud Plinij Poloni. Hæc bellorum extrema fuisset alijs tibi Vladislae rudimenta. Sæcula tot fecissent alios, quot ad victoriam dies tibi erant satis. Tam incredibile fuerat alijs belli molem sustinere, quam facilè tibi, tanta etiã delere ruina. Quidquid humanas excessit vires, ad tuas necdum accessit: nõ tantùm bello humana vis effecit, qntùm virtutis tuæ existimatio sine bello.

Plura ejusmodi exempla styli, passim in Panegyricis leges.

In his vero exemplis habes, stylum admirabilem, tum ab hyperbola, tum à paradoxis. Porrò: paradoxa dicunt sensus cõtra opinionem communem plati, qui maximè ab oppositis ducunt.

Fons ẽtus conceptuũ styli admirabilis est graves sensus et dicta pfunda, sive resdita. Porro sensus graves intelligunt, sensus nõ obvij nec facilè cuiq; cogitati, nullam tamen ingenij levitatem præseferentes. Sensus autem reconditi illi dicunt, qui rem aliqm breviter per allusionem ingeniosam attingunt, ita ut Auditor investigare debeat plura ex tali allusione, atq; involutũ sensũ scrutari. Sed quæres unde nam tales sensus debeant accipi? Rs sensus graves v ex simplicibus sensibus cõponi, v novos posse cogitari: utriusq; modos porrigo.

Amus modus sensum simplicem incultiorem efformandi est: si simplex sensus exornet dictione à re cõtraria adhibita, sive per paradoxum. Vg. De Soroardo sensum simplicem hunc, Soroardus 40 nucibus quadragesimam absolvit. ex coleres hoc modo. Soroardus piè famescente Ecclesiâ epulabat ad pdigium: ipsa fame vixit, et ac uniq nucis

nucleũ

nucleum mensæ apponerat, luxus putabat iliadem.

2dus modus si efferas sensus simplex per similia quasi sententiosè prolata, ut in modo amplificationum dictum. Ita hunc sensum simplicem efferres: vitia ubiq; nascuntur. Etiam inter murices pullulant tineæ limmatissimæ erugine increscit ferrum: nullus araneo ad suas cunas in modo locus est: et de avro bibuntur aconita.

3tius modus si sensus simplex efferas synonymia erudita, idq; etiam contrario exemplo aliquo Vg sensus hic. Ocyosus semper et vitiosus efferres cultiq. Ignavam mentem ad sola ferenda crimina non esse ignavam scias. Nullus sibarita, non mollis: nullus sardanapalus, nec lascivus. Quid à Heliogabalo speres? inter olorum plumonas proscripta virtus omnis

4tus modus attollendi sensum simplicem et per sparationem: hic modus quoties tractari potest, dictum in stylo erudito: ita hunc sensum. Pulchrè perorasti efferres. Nec Tullius in rostris, nec Athenis Demosthenes, dixit nobilius: sua tibi mella: apis attica, Plato in ore posuit.

5tus modus attollendi sensum simplicem et per lusum in verbo Ita in sua Moschovia Paulus Potocki hunc sensum simplicem, solas calamitates scribere debes, excoluit. Leviores calamitates suas, atro colore, quasi pullatus literatorum Hominum calamus, sæpè luxit. Id cum incendiaria fax, tumultuati Trioni, ita ut injecta cineribus suis nihil jam supersit, ipse, sanguinem stillare didicit stylus: qui antea raro pungere novit, in ferreum desinit acumen.

6tus modus excollendi sensum simplicem et Allegoria. Ita quidam in suo Capitolio sensum hunc. Vos etiamsi à multis annis

vigeatis, viriestis egregij: excoluit. Solet fieri, ut quò longiùs à fonte suo ac capite torrentes abiverint eò minus pura niteant crystallo, argenteisq; immiscum aquis limum trahant: vester furior semper, ac motu clarior decurrit sanguis venustior, quò vetustior! nesciq annorum putrescere vitio. Nempe qui toties Martiali diminui affectat ferro, ut pretiosis inlilior floreat, veggetiorq; invenis.

7mus modus excollendi sensum simplicem et per combinationem circumstantiarum loci, temporis, stemmatum, et allusiones. Ita quidam in sua praefatione ad theses Logicas Illustrissimo Trzebicki dicatas sensum hunc. Gratè accipies theses Logicas: excoluit. Etiam Aristotelis Organum tuas ambit aures, amicum noverat concentibus olorem, quos suavior sapientiae condit, ac temperat aramonia. Si tamen hac suavitate careat eandem trahet gratiam ab olore

8vus modus erit si exornes sensus simplex tropis et figuris cultioribus: quorum exempla sparsa per Authores habes.

Jam novos sensum modos formandi eorumq; admirabilium porrigo.

Rmus et à rerum dissimilium vel contrariarum comparatione. Nempe si illi materiae quae tractas vel dissimile quidpiam vel oppositum invenias, conferasq; cum tua materia. Tales comparationes fieri possunt per particulas correlativas, tantum quantum: talis qualis: eò quò: ita ut: tam quàm: nec quàm: non aliter ac: quasi etc. Ita laudares Hominem Pietati deditum. Ita ad virtutem famescis sanctioremq; cultum, ut perditissimae mentes ad crimina

Ita Paulus Potocki in sua praefatione ad Moschoviam. Ignarus qua se parte vobis Orbis traderet, hanc totam Aquilonarem Monarchiam

narchiam ad vestros pedes deduxerat. Diu scilicet ambigentem, ex vestro nutu vivere, an interire debuisset.

Possunt ijsdem sensus formari per particulas disjunctivas aut vel. Ita de Victore dictum: Nunquam sine triumpho arenam belli deseruisti, aut hostes, aut te superasti.

2dus modus formandi novi sensus est à causa hyperbolica sinempè propositioni tuæ addas hyperbolicam rationem eamque, vel eruditam vel à simili vel ex alio modo dicto in ultimo fonte acuminum. Tale illud est: Hostis ille, cui parcebas, vel ideo nullam merebas veniam, quod illam toties petiisset: tu verò in verso rerum humanarum ordine ideo facilius ignoscebas quod sæpiùs deliquisset; quasi minus jam illi ad offensa restaret virium, quas tot attrivit lassavitque sceleribus, tuæque clementiæ tantum accederet: incrementum, quantum hosti mentis speique deerat ad veniam.

3tius modus est si propositioni adjungas sententiam à simili vel aliunde petitam. Ita de Judice justo diceres: Decernebas pro æquitate, nec ut aliter decerneres potuisti, nunquam enim soles nisi lucem dare possunt. &c. Et illa venusta est hyperbola in laudem ejusdem: ad conspectum tuum, quævis erubescebat dignitas, quævis expavit conscientia. Omnia enim sacra tua non gratijs vitabant sed Themidi: non ex gratiarum fastis, sed ex Justiniani codicibus decernebas. Fama fuit publica, à sole facilius posse impetrari ne luceat, quam ne dignam ferres sententiam.

4tus modus est ab impossibili, sinempe causam adferas rem aliquam impossibilem continentem.

5tus omnes fontes acuminum, quibus Orator culte poterit suos inornare sensus. Ad hunc fontem styli spectat oratio Matris ad Filium Romam expugnantem: apud Livium libro 2do Capite 40 Veturie ad Coriolanum. Sine priusquam complexum accipio: sciam, ad hostem ne, an ad Filium venerint;

captiva, Mater ne in castris tuis, sim. In hoc ne longa vita et infelix senecta traxit, ut exulem te, deinde hostem viderem! potuisti hanc terram quae te genuit, atq; aluit, non tibi qmvis infesto animo et minaci perveneras ingredienti fines, ira cecidit? non cum in conspectu Roma fuit, succurrit, intra illa moenia, domq; ac penates mei sunt, Mater sjux liberiq;! ergo, ego nisi peperissem Roma non oppugnares, nisi Filium haberem libera, in libera Patria libera esse. Sed ego nil iam pati, nec tibi turpius, qm mihi miserius possum; nec ut sic miserrima, diu futura sum. De his viderisi quos, si perdis aut immatura mors aut longa servitq manet. Talis est Divi Leonis oratio ad Attilam Regem Sittarum pro Roma. Flagellum Dei te, o Princeps vocari praecipis: proinde ut Flagellum Dei te salutat Roma, et formidat. Unus tu es, quo nimiam Urbis felicitatem superi volunt castigare. Sed Romam ne pessumdabis? et quod in ea crimen tanta eluat clades, non reperis. Sit verò noxia, sed supplex. Vide, quae tibi supplicet Urbs et noxam donasti. Desint caetera, parcendi sum onus illicium est Roma supplex, et insolens tibi id elogium Romae pepercisse. Annibalis olim arma horruit, sed habuit, quo penorum fastus infringeret, Cunctatore: nunc cognata non armis sed ab astris tuaq; clementia petit opem. Tu equidem si huic Urbi arma infers, moenia in planum submittis. Peri it, cum Urbis nomine tuum nomen, ijsdem omnino ruderibq insepeliendum. At et invidiam non effugis Posterorum, si tantae Urbis amas ruinam; odiorum tot futurus victima, quot audient olim tuum nomen quot legent facinus. Quid vero? nonne tua pessumivit gloria, si Roma perte corruit: quam ut vulneras, te obtruncas. Profectò ne tuis viribus virisq; o Princeps confide, ut fortunae praecipitium non pertimescas. Habet adhuc qd timeat, quem multi expavescunt. Communis mare est, et idem laurus inserit, cui Parentales saxos antea plantaverat. Saepè

moenios

mdrios suscepit triumphos hostis contemptus: ergo parce o flagellum cedibq intentaz: parce Romæ, parce supplici. Gratiam diu retinebit, si quam ei victor præstiteris: gratiam diu retinebit, nec suorum decolor sanguine accolarum Tyberis facti huiq memoriam poterit abolere. Quod si aliud tuo o Princeps insedit animo age. Urbem irruæ, sacra pfanaq omnia collue, aderit nostræ innocentiæ, aderit scelerum tuorum vindex Deus.

Fons 6tus admirabilis styli et oppositio rerum et verborum. Si nempe verba opposita sibi de una re dicant, v secum conferant, v de se ipsis enuncient de quo in fonte 1mo acuminum dictum fusiq. Tali stylo Celeberrimq Rhetor declamavit pro Stemmiphroto Filio Torquati Mandij, damnato ab ipso Patre sub securim, qd pugnasset contra eiq imperia. Ut irascemur felicitati nostræ, torquate Consuli, Filij tui victoria fecit, qd illam deprecari coram Romano Consule, plus dicam coram Patre sit necesse. Utinam tamen illum hic, ita forti ter defendamq, qm fortiter tuq Mandiq Romani gloriam imperij tutatq. Si qdem, non minuo crimen, ne quid tuæ detraham clementiæ Consul optimæ: ni tamen parcis Filio, insoliti gloriam triumphi quævis sceleris umbra collues: faciesq ut in faciem pdituris nunqm sine larva crimini occurrat victoria. Crede consul, feralis hæc urna, cineres filij tui efferet, non gloriam: sua illum decora à tanta feritate supplicij vindicabunt, palmas inter laureasq occumbet funesta pcul taxo sd tui facti execrabitq, acervitatem omnis ætas: habebit ista labes æternam memoriam, et in exemplum, in quod facile vitia pficiunt, ibit Populari adagio qntum Patris possit ira. Accantabit sæculorum fama Filij tumulo; felicem te, Tite Mandi, nisi victoria tua in Patris consulatu incidisset: quo imperante Filium triumphare nefas erat. Alios infausti exitq, alios tristia Parentis munera clades, alios publica te infelicem felix Pater, te miserum fortuna fecit et gloria.

Ex eodem fonte pmanavit illud de Divo Ambrosio. Adibat miseros, ut felices dimitteret: simul ita feliciores admonuit, ut infeliciores redderet. In hoc timendq, qd neminem formidaret, eò meliorem Antistiti reliquit urbem, quò deteriorem acceperat. Nunquam fuit laborum avidior, qpvcũ diutiq laborasset.

Et illud de occumbente gloriosè dictum. In gloriæ fastigium erigis quis sic cadit: ruina huiqmodi altius novit surgere: vivere incipit, qui sic moriz; ipse tali morte futurq immortalis.

Et illud de Boleslao audace. Severus alijs judex, iniquus sibi: nisi quis æquum dictum appellaverit, qd sua scelera cũ in se debuisset: adeo severe castigavit in alijs.

Fons 7mq admirabilis stylie notatio seu lusq in verbo: de quo superiq dictum satis.

Tale illud dictũ e de sepulchro Alexandri magni. Quis credat! parva hæc urna Alexandria et magnas plena.

Tale illud e de S Ambrosio. Reqm nomine dultior Ambrosiq, mel ante in ore habuit qpvoces.

Tale et de Boleslao audace. Hic Boleslaq, qd dicebaz effectq e: nomen eiq fame dolorem Polonis sonans, hic plane impletum est.

Tale et de Casimiro 1mo Rixa nato: Ad eum modum à moribq suis circumscriptus Casimirus, Civium suorum domestica dissilia adeò feliciter sposuit, ut Rixa matre gemitũ dubitares.

Tale de Duce Severiæ. Tam sancta severitate in aulæ suæ invertebat mores, ut passi etiam domesticæ Severiæ Princeps diceres.

Fons 8vq Styli istiqe adjuncta rei et circumstantiæ cõbinatæ et pulchræ allusiones. Hunc modum enucleavimus in modis acuminum. Hinc emanavit illud in laudem Leszczynij Capitanei Dubensis à circumstantia Rhetoricæ et Poësis. Ades literarum amor et pretium: tibi debent, qd hucusq levibq ornatæ Parnassi folijs incesserint, ad tuum admissæ Musæum sub purpura superbiam. Ad Pastoritias gazas tenui modulate avena minus clarè fuerant. Sonantiùs inflarunt Tyrias senatorio animatæ spiritu. Tum maximæ liberæ sibi visæ literæ, cum aliberrimæ gentis senatore vincte in

carmine

carmine fuissent: tunc maximè solutæ, cum pte ligatæ. Te iamdemum devoti laudibus tuis Vates sitire cœperant, postquam omnem ppè exahausisti Heliconem. Iam ingentilis tui uri circulo Pegasi figunt sibi pedem tem ungulam. Sed ach! plorande Musis Andrea, tot licet instructus pedibus, fata tamen effugere haud poteras: quin ideo, credo, vitæ cursum confecisti, quot tot ei pedes aptaveris. Æmulaturæ credo Musas Parcæ descenderunt, et fatalem ferali ferro flebilem in domo cæsuram fecerunt.

Fons gnus styli admirabilis est descriptio rerum Patetica seu affectuum plena à rparatione rerum feralium orta eventuraq. Talis est illa descriptio pestis Cracoviensis: Felix est prœliorum strages, omnis mors facilis, præterea quam pestifera lues afflat. Dolemus captos in acie Cives: superbus illos victor aut veluti viva virtutis suæ trophæa servat, aut jam pridem peremit si vivunt, non parvum miseriarum habent solatium, Patriam suo salvant periculo reliquisse: si vitam cum sanguine, Saluti Publicæ inimico ferro consecrarunt, mors certe malorum finis est, et sevitia ultra fata non pcedit. Aut si crudelis hostis, adeo hominem exuit, ut tibi pœnam quæreret, ubi sensum doloris invenire non poterat. Cum nuda feris objecit Cadavera, viva illis erexit Mausolea. Lugemus quosdam inter inopina exstinctos incendia, fumus ipse feralis lachrymas elicit Parentales: ipsa tamen sive pœna, sive moriendi necessitas, illustrem habuit sepulturam. Nimirum exusta corpora, flammam et spiritum in cœlum secuta sunt: nihil terris, nihil feris, nihil ædaci tempori relictum est. Affundimus Mari lachrymas, suspiramus obrutos cum Ducibus exercitus, miramur tantos Heroum manes, tanto malo obrui potuisse, flemus infectos sanguine scopulos, deploramus haustas cum Civibus classes, sed felices horum omnium casus! fortunatos exitus! omnem illi miseræ sortis suæ dolorisq sensum, aut pcipitata morte pvenerunt aut ipsis quibus exstincti sunt incendijs, illustrarunt: aut toto simul affuso ma-

ri acerbitatem diluerunt; atq; adeo ab ipsa calamitate solatium calamitatis retulerunt. Nostra mala omnibus majora solatiis, non devicatas habent lachrymas, non ignis scidium nostrorum funera illustravit Pinando, non immanes dilacerarunt ferre ut veribus eriperent: non illos maria in medio victoriarum cursu hauserunt, non crudelis Victor pro Patria decertantes peremit; sed quod acerbissimum iratum Cœlum feralibus Euris afflavit in glorios et bono Publico spes magnas eripuit. Nicius illorum Civium clades lamentarunt, quorum funestus exitus diu expectant fata: ipsa nimirum mora, qua differunt, non parum detrahit acerbitatis. Nos tot cives, non expectato sæculo, non producto annorum intervallo, sed paucorum mensium, dierum, ne dicam horarum spatio intermisimus. Vulnus hoc eò acerbius sentimus, quod nobis quasi ex insidijs inflictum esse videatur. Ad hoc nimirum in opino fato concessistis miseri, ne acerbitatem doloris nostri maturitas mortis mitigaret. Occumbentibus in aciem obrepunt lauro cupressi: alijs funera distinguntur, funera ipsa in virtutis argumentum, in trophæa tumuli, mortes abeunt in triumphum. Nemo gratioribus victimis operaturum se credit, quam si aut hostium sanguinem effundat Dijs: aut suum addactis vulneribus hostes libent. Nempè: Heroà virtus ab ipso sumit opes, animumq; ferro. Nos clam pestiferis opugnamur elementis, et vivimus sine solatio, et morimur sine honore. Quod enim cladibus nostris levamen? hic pestiferô cœlô tegimur, inde corruptô calemus sole; morte quorundam animalium veneno vivimus: virus pro aere spiramus, mor pro aura captamus miseri. Mutuo Civium occursu aspectuq; crescit acerbitas; dum quisq; aut exaratam in funesto alterius

vultu

vultu, capitis sui legit sententiam, aut veluti in ferali mortis speculo imminentis sui funeris immaginem intuet. Si morium seris legendum Nepotibus nomen in duro saxo (hoc est in pari fortunæ nostræ tabula:) qui scribat non est. Ferale carmen in sydere meditantem, aut vita, tot cadaverum larvis exterrita, manum in sepulchrali marmore deserit, aut mors tanquam ad scopulum frangit. Plura dicam, ita infelix fortuna naturam mutat, ut usu quotidiano: domesticaque consuetudine: familiaris mors terrori esse desinat; nec Filius Patris obitu moveat. Pietas est, ne Paterno funere sibi gratulari: scelus invidere; quod tabescentem quotidie, spiritum supervenientibus malis Pater subduxerit: eidemque tumulo vitam et funestissimam calamitatem intulerit.

Ionsnomus Styli est objungatio Encomiastica sive laus alicuius habens verba quasi vituperij sed quæ laude terminata explicant. In hoc Styli genere sic procedes: materiæ quam tractandam accipis per laudem, invenias opposita verba vituperativa, sed talia, quæ facilè in laudem detorquere possis: tum ubi sensum verbis vituperativis excoluisti, subice laudativam interpretationem sensus vituperativi sic in laudem Hominis probi diceres: virtutis domicilium non es, sed regici; omnem probitatem exclusisti animô, quæ summam fuerit; Cautè tamen tibi procedendum in tali stylo, quam nimis exaggeratum te esse, nam vituperatio non expedit, ne offendas magis, quam laudes. Æquivocæ dictiones huic stylo accommodatæ gratiam habent: deinde explicationes acutæ vituperiorum. Ita quidam in sua habet Panegyri. Propè est, ut Patriæ judicium de te improbem, quod te artis huius perfectum dixisti; qui ad artis tutelam nescio an satis virium habes: nam eas ita Patriæ usibus consecratis, ut attritas toties audiverimus. Quamquam

curam illarum Patriæ tunc vidimus, cum velut viribus restaurandi Regni tibi nervum in Thesauro tradidi. Justitiæ suum cuique reddentis Patronus esse qui potes? qui retro actæ ætatis Heroum, omnes ppe animi opes rapuisti. Tranquilitatis publicæ tutela, qui geras? ipse violentus omnium affectibus, quos velut decretoria à tuo Tribunali lege tibi facis obsequentes. Cum securitatis providentiam, in tuo munere comissam habeas, nos interim libertatem perdimus: et arcana quadam vi, tuis esse devoti affectibus cogimur. Licium componendarum tibi cura demandata, ipse vero unica litis materia es: quippe longum de tuis olim laudibus secuturæ ætati indixisti certamen. Nemo ad tuum Tribunal satis bonam causam adfert, qm tu non meliorem facias. Utiles partitus in absolvendis causis celeritate, nulla in te videmus: qui reos actoreosque toties suspendis tuæ admiratione prudentiæ. Etiam nocentissimi, debita scilicet mulctari pœna, desinunt esse apud te rei justitiæ, virtutisque arbiter cum sis tot tamen Oratores peccare jubes, et contra artem sæpius ire: amplificare in te nil possunt, cum maxima omnia inveniant. Translatis in tuis laudibus uti verbis non licet, cum tu propria obtrudis. Quæcunque adferunt sermonis cultum, deformis et materia superante arte. Age, ut reus esse desinas, Oratores à tuis laudibus absolve.

Fons 11mus styli admirabilis et Ironia seu Encomium objungativum. In hoc stylo Orator sub specie laudis eum vituperat, quem se simulat laudare. Quando ergo Orator tali stylo vult scribere, debet adhibere verba lau-

dativa

dativa potissimum quæ habent aliquam æquivocationem et explicari possunt per sensq vituperativos: sensq vero Panegyricos claudit vituperio adjecto. Ita de Flavio Domiciano scripsit Thesaurq: Flaviq Domicianq clarissimo Genitori similis, ut sol in nutu. Patrium imperium illustriùs fecit ex adverso. In Herculeæ speciē sculpi voluit, verè Herculea dignus clava. Vigilantissimq in Triclinio strenuissimus in Gynecæo. Erga reos et innocentes pari beneficentia: ad cœnam rogatos excepit gladio. Novæ Edæ mensæ post carnes, carnifex. Omnium suspicacissimus suspecti tamen omnibq ignovit post necem. Unicum amantem unicè amavit seipsum quidquid licuit cuiq satis suasit stylo ferreo. Philosophicæ adeò studiosq, ut Philosophos omnes donarit exiliô. Sola Iurisprudentia delectatq, quâ caruit. Lites omnes illicò diremit parte inaudita, nec martinimis qm minervæ sacerrimq: sua manu infestas legiones delevit muscarum. Bis navari prælio interfuit in arena. Barbaros omnes, hostes superavit barbarie, bis triumphabit, vicisse nesciq. Heu fati crimen! tanta pmeritq Cæsar, ꝯ fossus et vulneribq, tantùm octo. Maximum sui desiderium reliquit Romanis canibq

Fons s 2mq styli huiq et vivatiorum figurarum usus: ut sunt interrogatio, etopœia, prosopopœia, apostroha, exclamationis &c. Hic fons per alios diffundi fontes debet, ne eodem modo currens oratio nauseam pareat auditori. Talis illa Apostropha in descriptione pestis: Frustra, frustra et vos in sinu Parentum ploratis liberi, minimè liberi, qa tot malis v in ipsis cunis opugnamini. Prius calamitatem vestram intelligitis qm Patrem. Iam quantus Matris fœcunditatis dolor subeat! cum cernunt, cui fato cives, cui periculo cara pignora pepererunt. Senes incusare vitæ moram exprobrare supremo fato tarditatem, qd illos tantæ servasset

calamitati. Quæri Juvenes de robusta ætate, qd extrema mala diutiq ferre patiq possint. Malè dicere divites gazis suis, qd illarum cumulis acerbior crescat miseriarum sensus. Hetus inde et desperatio, et lucis odium, quasi ad solum animi tormentum prælucentis.

Huc referunt Hypotiposes seu descriptiones quas explicare longioris temporis esset: hic et nunc sufficiant hæc, quæ praxis docebit ex qua judicium et artem in alias materias ducere poterit sedulus Orator.

Nota fontes styli explicatos, non omnes omni materiæ servire, seu cuivis dicendi generi. Unde ad genus deliberativum gravis stylus Ciceronianus adhibendus est, plus de argumento profundo habens, quam de sceptu. Similiter genus demonstrativum, non semper acute stylo tractandum, potissimum ubi in materia et excludens ejusmodi usus docebit id cuiusq limatum judicium.

Nota 2do fontes dictos styli, tam latinæ Orationi, quam Patriæ accommodari posse: deinde in unam eandemq orationem venire posse non unum dicendi genus: sed nunc hoc, nunc illud juxta materiæ et naturæ ductum.

Nota 3tio ad omne dicendi genus figuras Rhetoricas referri pulchriq enim acutè cogitationes nostræ efferunt, gratius influunt in aures, nec tædium pariunt si ejusmodi ornamentis vagirent.

§ 9nus

De stylo vitioso.

Stylum bonum explicuimus, restat ut vitiosum ostendamus, ne declinet facilè Orator in devia, illius errorum admonitus.

Quæstio quid sit stylus vitiosus? Resp. et ille, qui sensibus leviusculis abundat, lusibus minutis, digressionibus ineptis, sententijs invitè tractis, allusionibus ad verba immodicis, affectatis rerum descriptionibus et inopia Judicij. Talis et illa descriptio apum mella legentium ex floribus. Vides ut directrices illæ apes ex alveariis ravco bombo

personantibus

personantibus, Peunte Duæ strictis aculeis alisq; explicatis eruptionē faciant: Areolasq; illas, aromatibus saluberrimis pretiosas grave olentibus fragrantes herbulis venustissimisq; depictas flosculis circumvolantes, in obviosquosq; sine flore leges, ferroces irruunt, violaria violant, rosæ avrum rodunt, et diripiunt, serpillum pdanz, corcum exsorbent, Tylias et Hiacynthos exhauriunt per efflorescentes naturæ thesauros, per nectareas plantarum divitias, per roseas agnorum gazas, inexplebili rapacitate, velut agmine facto, turmatim, volatimq; ruunt, resolutim carpunt, hortulatim suggunt, hauriunt, sternunt, vellificatim rapiunt, et legionatim pdas exportant.

Quæstio quid sit stylus Poëticus? Est illud esse quô inversibus Poëtæ utunz solo numero Poëtico carens: phrasibus audacibus et translationibus, adjectivis frequentissimis, pluribus ornamentis Poëtæ licitis non vero oratoribus abundans. Talis illa est descriptio amœni temporis, in turbati fulgure. Cum roseo excitata cubili aurora cœlum inequitaret, per tensiles hortos et crinita volaria, et surgentia in comas memora, fractas ut reparent vires egredior applicaturq. Locus erat, gratiarum planè manibus consitus, pulchrum artis naturæq; certamen; inde argentei torrentes, ludibundo pede fugiebant, hic in arcum lunamq; sinuatq; mille flexus aquarum, radit depingens inerrabat. Hinc cum cadules floribus petulantes Zephiri colludebant, in herbido tono cachimnabant: vellicabant liliorum comas, inde quercetis assurgens fumus, nihil venienti annuere, et lenè mutantia arborum capita invitare videbantur lassatum &c &c &c.

Non tamen per hoc styli genus, Oratoribus ineptum, Poëtas versare desinat Orator:

ex quibus tum sensus cultos, tum fragmenta, exornatus Orationis suae per commodos, Hypotiposes delibrare potest, imò et Phrases rejectis audacioribus translationibus.

Ad 4to: quid sit stylus inflatus? Rp Hunc alio nomine vocari affectatum, asiaticum ab alijs: esseque characterem compositum ex affectatis dictionibus et sensibus. Porro affectatae illae dicuntur dictiones, quae aut priscae nimis, aut ab ignaris compositae, et classicis Authoribus inusitatae, aut etiam Phalleratae grande, quid praeferentes; sed malum: de quibus rectè Hor: illud dixeris, proicit ampullas, et sesquipedalia verba. Ut illud est.

Vagem ruspantes sylvas sextam tesseras
Non Hercle affluda est, hodie quam nequior &c.

Sensus affectatus est ille, qui aut sine fronte hyperbolicus est, aut nimis audax, aut superbus, tum ex metaphoris immoderatis, tum ex sententijs fastum habentibus.

Ad idem vitium spectat stylus Pharenthyrsus, seu furiosus, ea coselus, qui ex prava imitatione nascitur: et scholasticus hoc est nimius artis suae ostentator: sin suo loco et tempore adhibeatur. Huc refertur Asiatismus styli Polonici, qui oritur ex adhibitione peregrinarum vocum: ut sunt vitiosae phrases illae. Characz naymilszych usług, pieszczone dziardyny, ampazyatorowie Panow. Ex quibus gloriam orationis suae quaerunt, quibus vero pudore Polonum esse vero artis ignari Rhetoricae hinc laudes occupantur.

Ad 5to quid sit stylus frigidus? Rp est ille qui sensus habet putidos aut violenter tractos, aut figuram adhibens gravem et nullo sensu conclusam. Tale illud est Hegesiae de exustione templi Dianae, cum Alexander nasceretur. Minimè mirandum est si Dianae templum tam gravi incendio arserit: quippè Dea in ipso Olympiae partu, quo Alexander aeditus est obstetricando laboribus et curis distractu ignem non valuit restinguere. Huic stylo insultat Plutarchus, inquiens hoc solum ad Ephesij Templi

incendium

#

incendium restinguendum, satis esse videz.

Quo quid sit stylus rudis et humilis? Rē haracter in quo sensus obvij ponunt verba simplicia figura et eruditio nulla, nullusq; cultus Rhetoricus. Ut est illud Theópompi apud Causinum: Quae enim civitas, aut quae gens Asiatica nō misit legatos ad Regem? quae verò aut terrâ ortâ, aut arte elaborata pulchra, aut pretiosa non sunt ad eum delata, aut donô data? multae quidem, stragulae vestes, et lanae, partim purpureae, partim variegatae, partim albae. Multa enim tabernacula aurea instructa omnibus necessarijs, multae habeae et lectuli spatiosi. Preterea argentum factum, aurum elaboratum, et ciathi, et cretores, quorum alios videre erat gemmis distinctos, alios exquisito artificio, pretiosaq; materia factos. Et haec de varietate styli, tam Oratorij, quam vitiosi, fugere vitiosum debet, qui cultus, nè paginam nomenq; maculet: sequi laudabile, ut Orator dicat.

PARS 4ta.

De Symbolis et eorum Artificio.

Nosse symbola eorumq; formandorum artificium: et intelligere quid, per aulas eruditorum Principum sparsa, sive per volumina, significent: virtus acuti et nobilissimi Oratoris. Id ut noverit Orator eum instruendum his volo: et 1mo de origine symbolorum, et eorum definitione, et divisione agam, deinde arte formandorum explicabo et regulas subician.

§ 1mus

De origine symbolorum eorum definitione et divisione.

Quaestio. Unde nam originem suam symbola acceperunt? Symbola ab Aegyptijs accepisse initium, ferunt qui sexuum sensum explicare solebant, vel rebus vel imaginibus, rerum convenientium cum re significanda. Ita cum pietatem in Parentes expressam voluerunt Ciconiam pingebant: quae Parentes suos fatigatos suppositis alijs supportabat, per Léonem virum fortem significabant. Verum haec symbola, imperfecta fuerunt, dictaq; scholis Chierogliphica, de quibus Piegerius tractat. Ta

libq notis columnas et pyramides implebant, tantumq; apud illos valebant, qntũ hoc sæculo scriptura. Alij docent authorem symbolorum fuisse Ducem Populi Israelitici Moysem: qui libros sacræ scripturæ multis symbolis inornavit: ut inde signo pacis, columbâ viridem ramum portante &c. ab allegoriæ illæ, ab eruditis tantum in allegorias acceptæ, quæ mera historia fuerant, qñ Moyses descripsit non verò cogitavit ejusmodi similitudinibq res in animo latentes patefacere: probabilius est qd ab Ægyptijs occasionem ingeniosius sæculũ accepit, at res in animo latentes explicandas per imagines.

Q 2do quid est symbolum? R quò ad vocem symbolum variam habet significatione; significat enim contributione plurium personarũ in rem aliqñ parandam. Item significat tesseram aliquam, aut signum per quod unq ab alio dignoscit: ut temporibq nostris in discordanti Patria vidimus: militiam aliam stramine pcinctam, aliam rosas papyraceas habentem galero affixas. Item symbolum dicit compositio aliqua uniq orationis à pluribq: Ut est symbolum Apostolorum. Item symbolum dicebat tessera aliqua, quæ v ab amico, v à civitatibq dabat illis, qui peregrè ibant, ut cum gratia acciperent. &c. Sed nihil de tali acceptione vocis hic quæritur, nam quæritur de symbolo, ut à scholis et eruditis accipitur. Quanquam, etiam in scholastica acceptione compositionẽ significant: qa componitur ex rebus et verbis.

Hinc quò ad rem symbolum est figura artefacta, ultra ppriam rei significationem, repsentans aliquem conceptũ nostrum. Emmanuel thesaurq definit sic: est argutia sententiam Heroicam figura cuiqdam symbolicè beneficio exprimens

Q 3tio quo duplex sit symbolum? R illud esse duplex aliud latius est sumptũ, aliud sumptum rigorosè. Latius sumptum est qd dicit de emblemmatis et Chieroglificis,

nam et hæ.

nam et hæc dicunt symbola: et non servant leges symboli rigorosi: alias dicitur symbolum imperfectum, quod careat lemmate; seu inscriptione. Rigorosum est, quod servat leges descriptas ab authoribus.

Hoc ipsum symbolum rigorosum, aliud est generis demonstrativi, quô aliquid laudat, vel vituperat. Aliud generis deliberativi, quô aliquid suadet, vel dissuadet. Aliud judicialis generis, quô aliquid accusat, aut defendit. Aliud est Heroicum, quod in honorem alicuius componit, nobile factum explicans. Aliud morale, quod moribus humanis, aliquam dat instructionem. Aliud est lascivum, quod meritò Petrasanta excludit à nomine symboli Heroici, utpote sordenti materia infectum.

Q. 4to quod sint partes symboli? R. numerari duas ab authoribus; nimirum: picturam, et Lemma; seu inscriptionem.

Q. 5to quænam res debent venire in picturam? R. quod res illæ, seu potiùs earum rerum imagines, quas natura ipsa format: sive sint illæ viventes, sive non viventes: dummodo non humana corpora integra: nam partes aliquæ, ut caput, manus, cor, oculus, auris, pes: possunt in symbolum venire.

Res verò aliæ animatæ vel integræ fingi possunt, vel earum partes. Ita indifferentiam Hominis expressurus, quidam pinxit bovem integrum, inter aratrum et aram stantem cum Lemmate: in utrumque paratus. Aresius autem pinxit in symbolo alas cum Lemmate: Portantem portant.

Item in symbolum possunt venire res artefactæ ut Horologia, annuli, molæ, rotæ &c. Tale symbolum est Friderici 3 Imperatoris, qui librum apertum jussit pingi, et supra librum manum catafractam, gladium tenentem cum Lemmate: Hic regit, ille tuet: Ubi et liber et gladius sunt res artefactæ. Item in symbola

possunt venire stemmata Nobilium personarum, Urbium, Provinciarum. Ita quispiam Lunam gentilitiam crescentem pinxit cum Lemmate: Donec totum impleat orbem. Negant authores posse pingi res fabulosas, sed fabulas à Poëtis excogitatas ut De Promethæo, Tantalo, Jove, ꝛꝛꝛ. Item res ab ingenio confictas, et quasi impossibiles: ut testudinem alatos;. Item res quæ aliquo casu eveniunt, ut trium volucrum Apulonio, sive victorum sagitta. Item res illas, quæ sub sensum hominum non cadunt, ut sunt stellæ lucente sole, quæ quamvis de facto in Cælo hæreant, non tamen de die videntur, et rationem dando, qa symbolum quamvis acutum sit, et habeat reconditum sensum authoris, tamen debet habere cum acumine claritatem, ut à legente intelligatur, aliàs enigma erit.

2do quod corpora sive res in symbolo pingi possunt? Rx censent authores rem unam seu unum corpus sufficere, ad imaginem symboli, ut inter alia è rosa depicta citò marcescens cum L: vix orta fugit. Docet Aresius, quod duæ figuræ plus decoris faciunt symbolo, si pingantur. Ut è symbolum in quo spinæ depictæ circumdant arguscolum cum L: pungunt, sed protegant. Author Mundi symbolici docet, et rectè: posse plures res in symbolo depingi, quando illarum multitudo, nullam adfert obscuritatem, nec sunt res disparatæ, sed ad unum collinant finem, et sinè quibus non posset cogitata haberi similitudo. Ut è illud in quo piscis ensis dictus depingitur, qui ruptis retijs egreditur, aliisque piscibus ad fugam viam aperit cum L: victoria victo.

§ 2dus

De partibus Symboli, et quales esse debeant.

Corpus quodvis suis partibus constat sive in naturali, cursu consideratur, sive in arte factis, quare et symbolum, cum sit totum artis scholasticæ, suas habet partes. In quæsito 4to diximus superioris paragraphi, quænam sint partes symboli: assignavimusque esse duas, nimirum: figuram, seu pictura, seu aliquo alio artis genere expressam, et Lemma, seu inscriptionem. Diximus item in quæsito 5to et sequenti, qualia nam corpora adhibenda sint ad symbola et

bola, et qualia vitanda. Nunc.

Quæ primo quid observandum volenti Symbolum dare, circa corpora ad Symbola idonea? Rq qd debeant illa corpora eligi, quæ habeant similitudinem cum illa re, quam exprimere quis satagit per imaginem, ut si voluerit exprimere famam alicuiq immortalem, quærat in rebq talem rem quæ diuturnitatem significet sua natura illamq; sub picturam mittat. Vg cedrum arborem, quam nulla caries vincit v adamantem nullo discutiendum ictu, daret ad tabulam.

Deinde curet, ut illa similitudo n sit obvia et vulgaris, sd sit reconditio: sive illam inveniat qualitatem convenientem cum re exprimenda Orator, quæ sit occultior, neq; cuivis levissimè cogitanti se statim ingerat. Ne autem sit omnino obscura et inasequibilis, id cavendum e, esset enim ænigma. Ita si velles exprimere hominem divitem sd simul parcum ad imaginem Symboli adhiberes adamantem, qui lucidos quidem habet radios, quod divitijs convenit, sd ipse durq e, qd convenit parcitati: symbolum haberes ex qualitate, non cuiq obviam. Deinde curandum ne res humiles accipiant ad Symbola, per quæ debet Nblior conceptq mentis exprimi: sd res nbles ad nblem conceptum. Ita si laudare velles gravitatem incessq alicuiq, pingeresq; Asinum in cessu tardum: multum ineptam rem adferres ad Symbolum, qa rem valdè humilem. Deinde cavendum, ne corpora naturalia jungant artefactis, saltim illa, quæ sola imaginatio accommodat rebq naturalibq, n verò aut communis usq, aut finis ipse rei artefactæ. Ita symbolum illud vituperant, habens Delphinum manubrium anchoræ circumplectentem. Pariter et illud, qd habet fulmen sagittæ alligatum. Hæc enim arte-

facta

facta sola immaginatione alligans rebus naturalibus. Iam verò si in symbolo pingas globus et fistula ejectus volucrem insequens, non ineptam faciet figuram, cum usus fistulæ et globuli huic usui frequenter serviat.

Q. 2do quid sit Lemma? R. esse inscriptionem brevem additam figuræ in symbolo expressæ exprimentem, quid in re depicta debeat advertere Lector. Unde sicut pictura dicitur corpus symboli, ita Lemma dicitur anima seu forma symboli: nam determinat figuram illam ad significandam hanc potius quam aliam qualitatem ex pluribus aliis: cum ipsum figuræ corpus, sit indifferens ex se ad quidvis significandum. Ita si crescentem lunam pingeres, nullo addito Lemmate, haberes solum Hieroglificum; nec posset devenire Lector, aut spectator, quid intendas tali pictura. At si addideris Lemma v.g. Aliquando plena fiet symbolum exprimetque qualitatem Lunæ ad perfectam lucentem famam tendentis, et simul illum quem laudare intendisti, venturum ad honores.

Q. 3tio quæ sunt virtutes lemmatis, seu quale esse debeat? R. virtutes lemmatis esse brevitatem, perspicuitatem, et acumen. Unde Lemma debet esse breve perspicuum et acutum.

Q. 4to in quo hæc brevitas est sita? R. in dictionum paucitate: hoc est, non debent multæ dictiones adhiberi ad Lemma, unde versus integri ab illo excludunt. Ideo vitiosum est illud Lemma datum navi, quæ rudentibus per mare trahitur remissioribus retinaculis, tutius agor: Hincut brevi

tati Lemmatis

tati Lemmatis consulas, observant authores ad summum constare debere 3bus dictionibus tantum raro 4. Potest duabus constare et una interdum: ne tamen obscuritatem aliquam talis brevitas pareat. Ut illud Lemma obscuritatem habere censes, quod additum Leoni, ante Leunculos suos stanti et rugienti: rugiet ante: habet hoc Lemma brevitatem, sed obscurum est: non enim intelliget facilè Lector, quod Leo antequam Leunculos inobedientes puniat, rugire soleat. Deinde brevitas excludit dictiones synonymas et superfluas, tales nimirum, sinè quibus potest benè et clare mens explicari symbolum componentis. Unde adjectiva et substantiva substantivis addita excluduntur.

Quarto in quo sit sita lemmatis perspicuitas? Quod perspicuitatem idem esse quod claritatem. Unde clarum debet esse lemma, nullam habens obscuritatem ut facilè intelligi à prudenti Lectore possit; hinc adagia reiciunt à symbolo, quia habent obscuritatem, reiciunt allegoriae, et verba ambigua. Tale Lemma est horologio datum rotato: Pondera sonitum; nam dictio pondera est ambigua habeat ne verbi an nominis significationem non facilè intelligi potest. Possunt adhiberi ad lemma simplices dictiones, hoc est: non translatae, selectiores tamen. Adhiberi possunt metaphorae, sed quae non obscurent sensum. Ut est Lemma datum Conchae, gemmam habenti: Hac prole superbit. Adhiberi possunt dictiones aequivocae servientes nimirum tam figurae expressae in symbolo, quam rei exprimendae ab Oratore per symbolum. Tale symbolum est in gratiam Regis Hispaniarum, Philippi 2di compositum. Equus nimirum per aliquot vibes saliens cum Leo: unus non sufficit

orbis

orbis. Ubi per dictionem orbis æquivocam allusit, tam ad circulos rotundos, quàm ad Mundum et victoriam Regis.

℞ 6to in quo situm sit acumen Lemmatis? R. qd in insperata et inopina expressione qualitatis in re depicta latentis quæ expressio fieri potest v contrapositionem dictionum, ut illud est addictum flori ab æstu solis languenti Lemma: ardore restinguor v per lusum in verbo sive æquivocationem. Tale illud est candulæ ardenti datum Lemma: Officio mihi officio Et illud ludenti Cato cùm Mure inscriptum Lemma: Dum ludit lædit. Et illud pyræ accensæ adscriptum exstinguimur, si distinguimur. Deniq; acutum Lemma erit, si quid insperati elegantioribus expresseris dictionibus.

℞ 7mo in Lemmate debet nè dictio poni ipsam figuram expressam per pictura significans? R. admittunt alij; negant alij id debere fieri, et rectiq; qa id qd oculis subicitur non debet indigi tali verbo, cum clarum sit et pareat. Unde meritò Thesaurus illud Lemma arundinibus datum, quæ aquarum fluctibus agitatæ inclinant Lemma: plectimur non frangimur undis Ubi undis dictio est superflua cum illæ in pictura appareant. Et illud qd est inscriptum soli æquor illustranti Nunqm sic cadimur æstu. Ubi æstu dictio superflua est.

℞ 8vo Lemmata seu inscriptiones undenam desumendæ sunt? R. nobiles esse illas quæ accipiunt ex fragmentis Poëtarum, sive hæc sint initia carminum, sive finis potissimum Hexametrorum. Deinde accipi possunt ex Authoribus solutis ad rem spectantibus. Potest deinde quisq;

Symbolum ex

Symbolum excogitatum Lemmate à se composito sp̄lere, sive carminis finem referat, sive solutis constet dictionibus: ut plurimi Authores suæ in cudis Lemmate Symbola effecerunt.

Nota in lemmatis vitari debere ejusmodi dictiones, quæ etiam alteri picturæ servire possint, non immutatæ aliàs communes. Unde illud lemma datum Chistrici censuratum. Cominus eminus. Quod non solum Chistrici setas suas ejaculanti in se persequentes servire possit, sed sclopo, chastæ, et aliis. Insuper campanæ cuiusque pulsus et ppè, et longiusque audis.

Nota 2do debere vitari particulas in lemmate: hic, hinc, hoc, ita, sic, et alias seu assimilativas seu demonstrativas quæ reddant insulsum Lemma.

Nota 3tio fieri posse per omnes modos et tempora: non tamen per omnes personas; in 2da enim persona non debent apponi verba Lemmatis: possunt in 1ma ordinariè in 3da, possunt tamen non raro etiam in 2da persona poni, si modo imperativo efferas verbum; aut si Lemma formes, quasi ab ipsa figura prolatum. Ut est illud lucernæ versatili inscriptum: Verte non extingues. Et illud immodo imperativo Turri ex qua ardens lampas pendet inscriptum: Ferte citi ferrum.

Nota 4to quod Lemmata possunt construi ex solis adverbiis, ut est illud Symbolum, quod perspicilia habet depicta cum Lemmate: Procul, et perspicuè. Possunt et ex solis nominibus construi, ut est organo inscriptum Lemma: Aura manusque sonum.

Nota 5to Lemmata eiqmodi esse debere, ut aliquid relinquat lectori investigandum et cogitandum, ex qua investigatione et assecutione mentis, symbolum invenientis Authoris voluptate capiat, hoc est: lemmata debent innuere et alludere ad illa qualitate in figura latente, quam Auctor vult expressa et non tota clarè et apertè exprimere. Tale illud symbolum e quo S: Xaverium morientem in desiderio conversionis Sinarum suus Encomiastes laudavit. Jussit ille pingi piscem in arido maris littore jacentem et morientem cum L: Enecat una sitis.

§ 3tius

Quomodo symbola construuntur

Certum e symbolum ex re una alteri simili componi, faciendo tacitam unius rei cum alia collationem: et similitudo e fundamentum symboli; quae quo insperatior erit, eo etiam elegantius symbolum habebis. Unde ad faciendum symbolum 1mo e cogitanda similitudo, quae quid sit, unde accipienda diximus alibi; nec difficultatis e in intelligendo. Quid faciendum e volenti symbolum comonere? R: videat Orator quid velit per symbolum exprimere; an laudem scilicet bellatoris, an Regis clementis; an alicuius virtutis alterius. Deinde ubi jam id qd per symbolum cogitat exprimere pvisum habet: quaerat sive in naturae rebus, sive in artefactis rem similem illi, quae exprimenda e, illamque picturae porrige vg. Si velles laudare symbolicè Regem, qui hostem sua milita aggressus, nullis adhibitis armis socialibus, eum debellavit: jam haberes materiam

Symbolicè

symbolicè exprimendam, virtutem nempè: Regis, sufficientem se solo ad hostes deprimendos. Quæ res in rebus naturalibus utrum res aliqua, quæ se sola defendit, inveniresque Hystricem, qui setas suas ejaculatur in hostem: diceresque: sicut Hystrix suis se tantùm setis defendit, ita Rex suis tantùm armis se tuetur. Iam ergo haberes rem similem, Regi ita se tuenti: Ergo juberes pingi Hystricem suas setas ejaculantem. Ita figura inventa cogitares lemma: et qa in Hystrice ad solam hanc qualitatem advertis, qd se suis tueatur setis, Epigrahè seu inscriptio hanc solam qualitatem attingere debet. Quære ergo inter fragmenta Poëtarum aliquam partem versus, quæ ritè accommodari possit figuræ huic: et apud Claudianum invenis versus illud animal describentes: externa non quærit opem, fert omnia secum. Ubi principium versus benè accommodari potest figuræ depictæ dariq; lemma: externa non quærit opem. Ita si velles exprimere hominem tardum ad pœnas, priusque diu monentem, eum qui relinquit: invenires horologium, qd priusquam campanam feriat, prius omnes movens rotæ intra manentes cum fremitu: quæ similitudo multum congruit homini illi adderes lemma: prius cuncta movens quam feriat. Ita si velles abusu libertatis fortunas destrui exprimere: dolium circulis destitutum liquorem perdens adderes lemma: Libertate perit. Eo modo procedes in omnibus symbolis Heroicis, si eruditò animò libuerit egregios Oratores emulari.

Nota qd ultra symbola figuras et lemmata continentia, addant ingeniosa epigrammata, in quibus exprimit quasi ratio, cur res quam Author symbolo significari voluit tali figurae assimilet. Et haec epigrammata juxta observationem peritorum, plus non raro acuminis habent, quam ipsa symbola: recreantque Lectorem eruditum. Ita Romae propositum fuit symbolum in funere adolescentis nobilis, in ipso aetatis flore mortui. Depictum erat sola re chorologium cum hac epigraphe: ex nigro disces. Hoc symbolo significabat, sicut ex umbra chorologij disci quantum nobis supersit dici, ita ex morte adolescentis conici posse, quantum nobis superet vitae. Additum symbolo erat epigramma sequens.

Si nescis hospes, quae sunt hic oracula Phaeb:
Consule: respondent haec tibi, disce mori.

Et Pater Bovius vitam S: Ignatij symbolis ad umbras aulicae illius vitae vanitatem expressurus, jussit pingi vitrum trigonum, quod, si oculis apposueris pulchros colores repraesentat sed falsos cum L: Decipit, et placet. cui adjecit Epigramma sequens.

Spectat adorati, Lojola insignia fastus
Inque aula, blandè quo cruciet amat.
Et vitrae vacua, deceptus imagine bullae
Ludibrij in spectro, quaerit inane jubar
Ingenium hinc aulae, velis agnosce malumque
Sua potius debet fraude fugare trahit
Rex si non fallax fotet aulae culta capaci
Arte sed hac decipit unde cupit.

Et illud

Et illud ejusdem Authoris exprimentis, qd S. Ignatius post laesum globo pedem, animi recuperavit sanitatem. Pingiq fecit ille pavimentum ex sectis artifitiose lapidibus confectum cum Z: Tracturi integritas symbolo addit Epigramma.

Quantus ad obsessa Lojola interritus arcae
Infesta immoto sustinet arma gradu
Dissiluit postquam jaculato tibia plumbo
Ut meliora iterum surgat, in arma cadit
At velut icta silet qd tangis ardet afflicta
Protinus accepti luminis igne flagrat
Flagrat! et ipse sui devicto, victor ab hoste
Quem vix rara petit pugna, trophaea refert
Euge licet galle et victa super arce superbi
Plus quam tu victor, Pampelo victa facit.

Adverte hic qd epigramata dicta, non alludunt ad res assimilatas sibi; sed acumen habent super re ipsa per symbolum expressa, et inferres hinc qd et talia epigramata scribi possint, quae celebrem authoris mentem in imagine contentant. Ad symbola adduntur elogia etiam, quae pariter acute tractant rem ipsam sub imagine symboli contentam: ut videre est apud eundem Authorem.

§ 4tus

De Emblematis.

Emblematis Authores veteres fuere quibus inornabant Reges, conclavia, Aras &c.

Quaeremo quid est emblema? Pro Emblematis nomine veteres intelligebant tam Graeci, quam Latini, rem omnem quae inornatum alteri adiciebat

ut vasa argentea, aurea, picturæ, peristromata: et in eppipijs phalere lunulæ &c. Sed ejusmodi acceptio in quæstionem non venit, verum illa quæ species symboli. Hæc definitive est, figura significans documentum aliquod, ad vitam hominum spectans, cum abjecto Epigrammate explicante mente Authoris.

Q. 2do quò differat Emblema à symbolo? R. qd emblema habeat in quo convenit cum symbolo habeat, in quo disconvenit. Convenit 1mo quòd et emblema habeat similitudinem in se et symbolum. 2do quòd utrumq componat ex verbis et figura. Differt enim emblema à symbolo 1mo quòd emblema clariùs rem pponat et per versq explicet, acutiq et pfundiq symbolum, et lemmate addito tantum innuit, ne versibq qui aliqndo apponunt indiget. Hic talia symbola quæ habent Epigrammata annexa, aliqui appellant mista: idem ex parte emblematis composita.

2do qd emblemata admittunt integra corpora hominum ad figuras, fictiones, immaginationes, res impossibiles, &c. non item symbola.

3tio quòd symbola habeant Lemmata, quæ n habent emblemata.

Q. 3tio in emblemate quæ figuræ poni possunt? R. innui immediate, nempe: quòd n solùm res quæ in natura sunt, sed etiam fabulæ, historiæ, similia, dissimilia, imaginationes &c. emblematis figuram componere possunt. Unde in emblemate, non solùm res per similia sibi conferri possunt, sed etiam comparari. Ita cum Hercule comparari potest Virfortis, et Hercules in figura poni.

Q. 4to quæ sunt partes emblematis? R. esse 1mo thema, si verem illam, quamquis animô intendit exprimere: et ordinarie supa emblema exprimit intentio

mis intentio Authoris. Ut si emblemate avaritia carpis, prefigis quasi titulus emblemati. In avaros &c. 2do figuram seu imaginem rei alicuius. 3tio inscriptionem, quae versibus continet duobus, aut pluribus. Porrò in versibus explicat virtus rei depictae: et deinde fit applicatio ad rem, quam intendit Author emblematis exprimere: Vg. Moderatione actionum et linguae expressurus, prefigeres thema emblematis Moderatio actionum et linguae. Ad figuram adferres Nemesim, aliàs Rhamnusiam famulosam Deam, una manu tenentem mensuram, alterâ frenum, adderesque haec carmina:

Mensurâ, frenoque homini Rhamnusia monstrat:
Ut verbis frenum rebus inesse modum.

Quarto quomodo construi debeat emblema? Rp. Ubi Orator rem emblemate explicandam seu thema determinavit, quaerat in rebus seu naturalibus, seu artificialibus, seu fabulosis, seu historicis, immaginationem, rem convenientem cum suo themate: hancque in tabulam mittat. Ut si vellet amorem Patriae commendare: invenires in historijs Curtium Romanum, in apertam abyssum insilientem, ut Patriam liberaret peste. In fabulis Solem et Lunam, quorum alter, alterius deliquio mortuus: in naturalibus rebus Ursum, suam speciem cum catulis pertinaciter defendentem &c. Prefigeret emblemati titulum Vg. Amor Patriae. Deinde apponeret versus, qui rem subintellectam cum ipsa figura comparent, cum aliquo acumine. Habet plurima emblemata Alciatus:

ex quibus hæc pauca fero. Iniquum judicem odio laborantem volens exprimere, pinxit virtutem in sepulchro Ajacis deflentem corruptum senatus Græcij judicium; quod in controversia de armis Achillis pro doloso ulisse, adversus fortem Ajacem, sententiam tulerat, et adjecit sequentis versus.

Scilicet hoc restabat adhuc, ut judice Græco
Vincerer, et causa stet potiore dolus.

Item expressurus vanum laborem in emendatione vitiorum, Ethiopem pinxit, quem manus frustra lavat addito Epigrammate.

Abluis Ethiopem quid frustra? ach desine, noctis
Illustrare nigræ nemo potest tenebras.

Item frangulentum erga suos expressurus Cicurem anatem pinxit: quæ sylvestres in casses ducit cum hoc epigrammate:

Perfida cognato se sanguine proluit ales
Officiosa alijs, exitiosa suis.

Habet et Adrianus Junius emblemata. Cujus et illud volentis sinceritatem persuadere pigi, fecit Pelicanum suo sanguine pullos alentem adjectis carminibus.

Cimaris tundendo, sinus tibi pectoris altos
Et vitam soboli, das Pelicane tuæ
Perscrutare animum, quære in te, quod latet intus.
Ingenij in lucem semina prode tui.

Item expressurus adulatorem, gravem esse aulis, egrum Leonem pinxit, devorato finio vitam curantem additis his versibus.

ut Leo

Ut Leo, quem cæci vis lacinat effera morbi
Sentit opem, si simium cedat Citan.
Phalconem et Dyrum sicofantam qui ejcit aula
Rex viru Regnum vacuat gravi.

§ 5tus
De Hieroglificis.

Origo ab Ægyptijs et Hieroglifici, qui arcana comunicaturi, hanc excogitarunt scientiam: atq; ut nos literis utimur ad significanda nostra desideria, sic illi rebq; illisq; viventibq: ita p Cyconiam intelligebant pietatem in Parentes: Hominem annosum p Corvicem quæ annis 100 vivere ferz: Regem nugas aversantem p elephantem grunnitum porci fugientem &c. Dicebaz ab illis scientia hieroglifica sancta: ideo qd ab illis res omnes viventes quas ad significandum aliqui adhibebant, p Dijs haberenz: et qd potissimu sacerdotes hanc scientiã noverint.

Quid et hieroglificu? Rs sunt imagines seu figuræ, ad aliquid significandu ex hominu arbitrio determinatæ habentes aliquid cu re significanda convenientiæ, quibq loco literaru Ægyptiorum sapientes utebanz. Quomodo formez hieroglifica, satis liquet si nimirũ exponas in figura imaginẽ rei viventis, habentis aliquid convenientiæ cu illa re qm mente conceptam significare voluisti. Tractat de hac scientia Causinq, in libro: cui titulq symbolica Ægyptiorũ sapientia ubi plurima hieroglifica legi possũt. Leo arrectis pilis pictq iratũ significabat: virũ robustũ pars anterior Lonis picta: virũ vigilãtẽ caput Lonis pictũ oculos hbẽs apertos &c.

Ad sybla tanqm species ad genus referunt Authores enigmata gryphos logogryphos id hæc Poetica sunt quæ suppono hic explicata alibi: adeoq in messẽ alianã falcẽ mittero nolo. Unicu hi sed alijs addo Lemma.

M. D. Colonia


inches
1
2
3
4
5
6
7
8
cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


inches
cm
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


inches
cm
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black